Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis & factus est principatus super humerum eius. Ysa. 9. Ad huius auctoritatis aliquam introductionem sciendum est q̄ propter peccatum primi parentis scilicet Adam facta est guerra inter deum & hominem Et porta paradisi clausa est. & genus humanum erat factum est de celesti curia & facta est discordia ita dura q̄ nō inueniebatur aliqua creatura in celo nec in terra nec subtus terram:que posset facere istam pacem Omnes homines erant serui demonis. Unde arguebat vel arguere poterat sic hostis antiquus contra primum hominem Adam infinite peccasti. quia contra infinitum ideo tanta est offensa quantus ille qui offenditur. Sed peccando infinitum offendisti quia deum & sic peccatum tuum est infinitum. satisfacere non potes de peccato cum sis finitus. Et nulla alia creatura a te non debet. qz non est homo: cum homo peccaucrit. & homo debeat satisfacere & non potest vt dictum est. nec etiam creatura potest que similiter est finita. Ergo super te domina bor & principabor. & te iuste diris verberibus eternaliter flagellabo. Obmutescit homo. Succumbit homo & tanquam cōuictus de crimine ad predicta respondere non valens digne dampnatur. digne ligatur. digne ad imbum deportatur. Et tanta erat ante christi aduentum demonis valitudo. q̄ duabus quasi manibus contra genus humanum est insurgens. Una ad peccatum impelleret & non sineret hominem per viam rectitudinis ambulare Altera ad se omnes traheret. Nam licet aliqui sancti patres primam manum euaderent. Secundam nulla tenus euadere poterant Patres vero antiqui considerantes sui status miseriam

O quantis desideriis quantis ue suspiriis. quantisque singultibus. christi incarne presentiam affectabant. quot vocibus quot clamoribus aures diuine misericordie penetrabant. Clamat moyses &c. septimo. Obsecro domine mitte quez missurus es Clamat. dauid. Domine inclina celos tuos & descende Et alibi Excita potentiam tuam & veni Et Jsa. lxiiij. Utinam. disrumperes celos & descenderes. &c. Clementissimus autem deus cuius natura bonitas. cuius voluntas pietas. cuius opus misericordia & equitas qui non vult mortem peccatoris: sed vt magis cōuertat & viuat Disposuit hoiez liberare de tirānide & seruitute tam dura Cum ergo iuxta apostolum ad Gal. venit plenitudo temporis adeo destinati a prophetis vaticinati vt patris pietas impleretur. misit deus filium suum vnigenitum natum ex muliere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Unde fecit talem rationem contra diabolum. Infinitus & homo potest & debet pro peccato primi parētis satisfacere per te ex datis Sz ego sm̄ infinitus & homo. Infinitus in quantum deus & homo quia de virgine natus Ergo ego possum & debeo de peccato isto satisfacere Istam rationem facit saluator Jn cruce morieris. quando sm apostolum ad Col. secundo accepit chyrographū de manu diaboli Jn quo scripta erat ratio contraria & affixit illud cruci Et de isto saluatore diu expectato. Ysaias inspiratus spiritu sancto diu ante predixit verba pposita scilicet Paruulus natus est nobis &c Jn quibus quidem nobis sic aliqualiter introductus. Ysaias ponit tria signa in mōti amoris que ostendit deus pater humano generi. Primum est facti crimij pro nobis perpetrati euidentia.

Secundum est dom̄i per marimi nobis dati excellentia. Tertium est patibuli & obprobrij pro nobis suscepti penitentia.

Quantum ad primum vbi dicitur. q̄ deus pater ostendit primum signum magni amoris humano generi quod fuit facti crimij pro nobis perpetrati euidentia cum dicitur. Paruulus natus est nobis. Unde sciendum est q̄ quando vnus homo facit pro alio vnum magnum factum signum est magni amoris. Unde si dominus rex francie vellet se tantum humiliare. q̄ placeret sibi contrahere parentellaz cum vno pauperculo homine. vnius ville & accipere filiam eius in vxorem & facere reginam. certe istud esset magnum factum & signum magni amoris nunq̄ deberet obliuisci ille pauperculus de villa Sic fecit rex regum & dominus dominantium. quia naturam humanam abiectam & vilem. filio suo vnigenito & nobilissimo. & tāte nobilitatis sicut ipse. vniuit & sibi inseperabiliter copulauit sicut sponsam. qui habet duplicem generatiōem. vnam a patre eternalem aliam a matre temporalem De qua dicitur Paruulus natus est nobis scilicet ad nostram vtilitatem verus deus & verus homo. Quantum ad secūdū 2m. vbi deus pater ostēdit signū magni amoris humano gñri. qđ fuit dom̄i q̄ marimi nobis dati cū addit Et filius datus ē nobis. Jstā hoc signū magni amoris est. qđ

2. signus

vatus dō donat alteri vnum magnū do
nō sicut centū milia ducatoꝝ. nō inuenit
tur multi talos amici in hac ciuitate. loqr
in hyrcorū regione. Et q̄ dicerat De
mosthenes de q̄dam pauꝑ. Ille ihs⁹ ofti
amicus mē. Cur ergo inqt demosthenes il
le pauꝑ ē. q̄ amicus nō est qui ꝓcepit for
tunā nō est. Sic fecit dō p̄: qui non pote
rat nobis plus dare maioris amoris indi
tiū. q̄ḋ Bernar. Cōtraxit se maiestas vt
melius q̄ḋ hēbat. l. ceruīm limo meo cōne
cteret: vt ꝑsona vna simul sibi iungeꝝ vni
uersa dō. ⁊ limus maiestatē. ⁊ infirmitas.
Dñs nō donauit nobis aurū vel argentū
nec lapides pciosos. sed thesaurū icōpa
rabilē. ⁊ ineſtimabilē. l. filium suū in oībus
sibi equalē. ⁊ tante pfectiōis sicut ipse de⁹
q̄ infinite. Quātū ad tertiū vbi de⁹ p̄:
ostendit signum tertiū magni amoris hu
mano generi. q̄ḋ fuit patibuli ⁊ obeobrij
ꝓo nobis suscepti pceminētia. cū subdit
Et factus ē ꝓncipatus sup humeꝝ eius.
Tertium signū amoris est. vñ qñ hō por
tat. ꝓ alio vnā magnā tribulationē vnuꝝ
magnū tormentū. vel penā mortis. Istud
est pfectissimum signū magni amoris q̄:
vt dī in euangelio. Maiorē charitatē ne
mo habz ⁊c. Nam dō pater fecit q̄ filiꝰ su⁹
vnigenitus ꝓo nobis magnā tribulatio
nē. ⁊ magna tormēta subtinuit: ⁊ tandeꝝ
penā vituperabilem. l. crucis. que erat pe
na latronū. ꝓ nobis passus est. ꝓncipatus
eius sup humeꝝ eius. q̄: sup humeꝝ ꝓ
prij portauit humiliter patibulū crucis.
Propter q̄ḋ suscepit totius militātis ecclie
triūphū. ⁊ ꝓncipatum. ꝓpter q̄ḋ exaltauit
dō illum ⁊c. vt ait apostolus. Sequere ō
natiuitate vt alibi habes supra ⁊c.

¶ De eodem.

Natus est nobis hodie saluator
Luc. 2°. Circa xp̄i aduentū i mū
dū tria tempora sūt ꝯsideranda.

Primū ꝓmissiōis in ꝓphetis q̄bus
facta est repromissio de filio dei mittendo
Vñ dicit deus abraam gen. xpij. Per me
metipsum iuraui dicit dñs: q̄: fecisti rem
hāc. ⁊ nō pepercisti vnigenito tuo ꝓpter
me benedicā tibi. Et infra. Et benedicentur
in semie tuo oēs gētes. Et iō dicit apostō
lus Gal. 3°. Abrae dicte sunt ꝓmissiōes
⁊ semini ei⁹. Et hoc cognouit zacharias
q̄n dixit Luc. p°. Iusiurādū q̄ḋ iurauit ad
abraā ꝓrem nr̄m datuꝝ se nobis. Secū 2m xp̄s
dum expectatiōis in ꝓphetis q̄bus data ē
infalibilis expectatio. Et ideo dicit dō ꝑa.
Expectās expectaui dñm. Et habacuch 2o.
Si morā fecerit expecta eū: q̄: veniēs vē
niet ⁊ nō tardabit. Quapp dicit danieli ga
briel. Dañ. ix. vir tu es desideriorū. Tu er
go animaduerte sermonē ⁊ intelligе visionem.
Septuagita ebdomade abbreuiate sūt sup
populū tuū: ⁊ sup vrbē tuā sctā vt ꝯsume
tur p̄uaricatio. Et finē accipiat peccā: ⁊
deleat iniqtas: ⁊ adducat iustitia sempi
terna: ⁊ impleat visio ⁊ ꝓphetia: ⁊ vngat
sanctus sanctorū. De istis duob⁹ tpibus ple
na sūt oracula p̄archarū ⁊ ꝓphetarum.

Tertiū impletionis in aplis. quorum 3m xp̄s
tpe negocio fuit tēpus ⁊ oportunitas. vñ
apost. Gal. iiij°. At vbi venit plenitudo
tpis misit dō filium suum natum ex mu
liere factū sub lege vt eos q̄ sub lege erant
redimeret vt adoptionē filiorū reciperēt.
quasi dicat. Ille q̄ ꝓmissus fuit p̄archis
expectat⁹ a ꝓphetis nunc exhibet aplis ⁊
nobis. Quapp dicit apost. Hebr. p°. Mul
tiphariā multisq̄ modis olim deus lo
quens p̄ribus in prophetis nouissime die
bus istis loquutus ē nobis i filio suo quē
constituit heredem vniuersorum per quē
fecit ⁊ secula. Ideo deus veritatis: q̄ nec
falli potest: nec fallere nouit: vt nos letifi
caret de promissi ⁊ expectati exhibitione.
Misit hodie angelum suū. qui nos letifi
cauit. ⁊ edificauit de impletione promissi
dī. Natus est nobis ⁊c. Et ideo annūcio
vobis gau. ma. Magnū q̄ppe p̄archis
ꝓp ꝓmissionē dñi. Magnū certe ꝓphetis
ꝓp expectationē necessariā. Magnū ifal
lanter aplis ⁊ nobis: ꝓpter redemptionē
fiendā oīuꝝ. De qua dō. ꝑa. Redēptionē
misit dñs populo suo. mā. i eter. te. suum
Iō recte dicē ag̃el⁹. Nat⁹ ē nob hodie sal
uator. In q̄b⁹ verbis notāt q̄tuor. p°. euidē
tia edite ꝓphis in ꝓncipio. Nat⁹ ē. 2°. excel⁹
dē plebis cuꝝ addit nob. 3°. ꝯgruentia

debiti temporis cum adiungitur hodie.
Charto efficatia collati muneris. cum
concluditur saluator. De partibus ꝓce
de ad placitum. Veritates vel cōsideratiō
nes re⁹nire in ceteris sermonibus supra.
⁊ inuenies. in habundantia ⁊c.

Questiones de xp̄i natiuitate.

Oleut fieri de xpi natiuitate septez
qōnes circa solēnitatem illi⁹ diei.

p⁹ q̄ḋ. Quarum prima ē. Quare xp̄s tantum
tardauit suum aduentum in carnē. Et as
signatur treq̄ rōnes. Ꝑma vt ex tardi
tate cognosceret quāta fuit grauitas cul
D. pe ade. Secunda vt homo cognosceretur
q̄ per se vel per sua merita nō poterat sa
tisfacere infinito bono. cum sic ipse finita
creatura ⁊ culpa erat infinita. Tertia vt
cognosceretur. q̄ solum tpe gre. xp̄s debe
bat humanū genus redimere. Et sic opor
tebat q̄ tempus legis nature. ⁊ temp⁹ le
gis scripture p̄cederet. l. ab Adam vsq̄z
ad moysem. Et inde vsq̄z ad christum q̄
tangit magister quarto sui azy. di. fa. c. Si
vero. Ne homines putarent aliq̄ tēpus
fa q5 gre p̄cessisse. Secunda si deus pote
rat aliter mundum saluare Et dī q̄ sic ꝺ
potentia absoluta. ⁊ sine incarnatiōe ver
bi. sed non fuisset iustum. Naz iusticie cō
petit quodlibet malum punire ⁊ q̄libet
bonum remunerare contra quosdā igno
rantes qui dicunt. bonum factum i mor
tali peccato nihil valere cum macie ad se
ptem valeat. sed hoc ideo dicunt. q̄: non i
telligunt. Cū igitur deus sit regula ⁊ for
ma iusticie debuit velle humanum genus
puniri de petō q̄ fecit. Et q̄: nulla pura
creatura poterat deo satisfacere cōgruuꝝ
fuit filium dei incarnari ⁊ satisfacere q̄ḋ
3°. q̄ḋ ⁊ fecit. Tertia quare deus p̄: vel spūs
demon s. non assumpsit carnem humanaz ꝫ tm̄
filius. Et dicitur q̄ potuissent. sed conue
nientius fuit q̄ solus filius incarnaretur
. l. ne nomen filij ad plures descenderet. ⁊
sic quaternitatē vel filiorū pluralitatem i
illa summa ⁊ vera trinitate aliquis sude
4m. q̄ḋ ret ponere. Quarta quare nō redemit
demones sicut humanā naturā. Et dī q̄
non fuisset conueniens: q̄: demones pecca
uerunt in spūm scm̄. q̄ḋ non remittetur ne
hoc seculo nec in futuro. Qō cōmittitur
duobus modis. ꝑ animo per obstinatio
nem ⁊ desperationē. Obstinatio ē malit
tia mentis indurata ꝓtinaxia per quā hō
fit impenitens. Desperatio est qua quis pe
nitus diffidit de dei bonitate. Et hoc pec
catum dī irremissibile: q̄: remitti nō pōt.
nisi vix ⁊ cum difficultate ⁊ raro. Dicit su
per epistolam ad ro. In puncto solū mor
tis remittit nunq̄ ante. tamen pōt remit
ti. q̄: pōt dolere. Secundo pāre in spūm
sanctum est ꝓpria malitia peccatum cō
mittere cum deliberato animo velle in ipso
perseurare. Et de eo nunq̄ penitere. Ta
lis. n. est obstinatus ⁊ finaliter impenitē
tiaz desperatus. Sic igit demones pecca
uerunt. Et ideo pro ipsis non debuit xp̄s
descendere. Humanum vero genus non
peccauit in spūm scm̄. sed solum in patrez
ꝓpter debilitatem. Et in filium propter
ignorantiam ⁊ cecitatem: q̄: permanserunt
se a demone decipi. Et ideo ꝓpter eius li
berationem xp̄s descendere debuit.

Quinta vtrum natiuitas xp̄i fuerit nota v. qo.
omnibus angelis ⁊ demonibus. Et dicit
q̄ non omnibus angelis: vnde in ei⁹ assē
sione dī. xxiiij. Quis est iste qui venit de
edom tinctis vestibus de bosra. Edom
interpretat sanguineus ⁊c. bosra inter
pretatur tribulatio: vel germinans. quod
non diceret si sciuissent. Demonibus ve
ro nō fuit nota nec ēt maioribus. Et ideo
dicit vnus eorum. l. Lucifer vt creditur
math. quarto. Si filius dei es dic vt lapi
des isti panes fiant. Et ideo sacrm incar
nationis secretum fuit eis: vt non impedi
rent humani generis redemptionem. Cū
solatium sit miseris socios habere penaz
Sexta si posset qui demonstrare inde vi. q̄ḋ
tis verius filium dei incarnatum. Et dici
tur q̄ sic. Primo p illud gen. Non aufe
retur sceptrum de iuda ⁊ dux de femore
eius donec veniat qui mittendus est. Et
ipse erit expectatio gentium. Ergo sceptro
a iuda remoto sequitur xp̄m incarnatum
⁊ natum. Secundo habetur per daū. q̄ a
capitulatione iudeoꝝ sub dario rege caldeo

rum vsq3 ad xp̃m debebãt transire septua
ginta eodem ade accipiendo dñe p3o ãno
Et sic facũt 40. annos. Cum ig3 hij q
plures trãsiuerint sequit̃ q xp̃s nã venit.
Tertio ꝓpter petrũ ydolatrie reteruerunt fi
lij israel in deserto.xl. annis q postea ter
ram promissionis sicut in ꝓpheta a deo sibi
data intrauerũt qđ petrũ ydolatrie erat fũ
mc deo detestabile. Cũ igitur nũc sint a
patria illa a morte xp̃i citra expulsi q ꝑua
ti. nec appareat signum reductionis. segr̃
q ꝓpter maius q grauius petrũ illo re
gno q territorio sint ꝑuati. Sed nullum
pot̃ dari grauius petrũ illo. nisi mors xp̃i
filij dei viui ergo ꝛc. Quarto ante aduẽ
tum xp̃i. Judei hẽbant ꝓphetas. sed post
q̃ xp̃m occiderũt nullum habuerunt. ꝓpter
eorum petrũ ergo ꝛc. Luc.xvj. Lex q ꝓ
phete vsq3 ad Joãnem. Et parũ infra. Et
ois in illud v3 facit. Quinto ante xp̃i ad
uentum multa signa q mirabilia habebãt
a deo. sed ab inde nullum habuerunt nec
reuelatione ꝓpter eorum petrũ ergo ꝛc.
Septio vtrum xp̃s deus q hõ verus pos
sit dici creatura. Et ꝑmo dr̃ q xp̃s non ẽ
nec dici dr̃ creatura. Primo ne deuenire
tur in errorẽ arij dicentis xp̃m puram crea
turam esse. Secũdum q: qđ ẽ eternũ non
dr̃ dici creatura. sic nec xp̃s cum sit eternꝰ
Ideo dicit iudeis. Jo. viij. Anteq̃ abraã
fieret ego suz. Tertio quelibet creatura cũ
sit facta. dr̃ filia trinitatis cum opa trini
tatis ad extra sint indiuisa. Et sic xp̃s esz
filius totius trinitat̃. qđ ẽ falsuz. Nã tũc
eẽt sui ipius filius idẽ xp̃s vel quaternita
tem ponerem⁹ in trinitate. qđ eẽt error
abbatis Joachiz. Et sic nõ dr̃ dici creatura. nec q creato: factus sit creatura. sed
nec econuerso. sed qđ ẽ ds q hõ verus. Nec
xp̃s inquãtũ hõ ẽ creatura. q: hec ẽ falsa.
xp̃s ẽ creatura nec inquãtũ ds. Igit̃ xp̃s
nullo mõ pot̃ eẽ creatura. Rogem⁹ ergo
deum patrem ꝛc.

Trũ natiuitas xp̃i fuerit natura
lis. Et videtur q sic Math.i⁰.
Maria pepit filiũ suum ꝑmogc
nitum. q vocauit nomen eius Jesum. Et
sic xp̃s fuit genitus a matre. Benedictio
aũt ẽz ysa.li. de trinit. est opus nature. Er
go xp̃i natiuitas fuit naturalis. Contra q:
Gabriel loquẽs btẽ virgini. Luc.p⁰. di
Spũssanctus superueniet in te q vir. altissi.
obũbrabit tibi. Idcoq3 qđ nascet. sa. vo. fi. dei.
Opatio aũt virtutis altissima ẽ spũalis er
go ꝛc. Circa istam qõnem ad declarã
dã xp̃i natiuitatem sũt ꝯclusiones3 articuli
declarãdi: Primus de veritate nati
uitatis. Cuius veritas q: in nouo testamẽ
to ẽ multum manifesta. Idco de veteri te
stamẽto quoꝝ testimonia solent magis ac
cipi sunt ad hoc aducenda. Est aũt no
tandũ q in lege veteri sunt quattuor gnã
liorum solẽnia. Primum patriarchaꝝ
quorum principales sunt. Abraã: Isaac:
q Jacob. Scom pontificum: quoꝝ princi
pales sunt moyses q aaron. De aarõ cer
tum ẽ q fuerit fumus pontifex. Et õ moy
ses dubiũ esse nõ dr̃ q aaron consecrauit
Unde dauid ps. Moyses q aarõ in sacer
dotibus eius quasi dicat solẽniores sunt.

Primus articulus

Tertiũ regũ quoꝝ principales fuerunt.
dauid q Salomon. Quartũ ꝓphetarũ
quoꝝ principales fuerũt: Isaias Jeremias
ezechiel q daniel. Per istos quatuor or
dines sanctoꝝ patrũ fuit xp̃i natiuitas in
veteri testõ ordinata. Primo fuit a pa
triarchis certitudinaliter ꝓuisa. Nã Ja
cob moriens. bñdicens filiũ dixit gen̄. 49
Non auferet sceptrũ de iuda q dux de fe
more eius donec veniat q mittẽdus est. q
ipse erit expectatio gentiũ. In quo notat̃
q ista missio erat sibi manifesta futura. q:
nullus ꝓbus loq̃ns alteri sumit nisi qđ ẽ
sibi notũ. Et õ Jacob hoc testimoniũ fert
quasi ꝑmittãdo. sz sicut de ꝓmissione per se
nota. Jõ dicit donec veniat ꝛc. Nõ. n. an
nũciauit. 12. ꝑtriarchis aliqd eẽ vẽturꝝ. sed
ipz tanq̃ oĩb⁹ notum. Ex quo colligit̃ q
postq̃ scã ẽ abrae ꝓmissio de xp̃o. Nã di
ctũ ẽ ei. xxij. gen̄. In semine tuo bñdicent̃ oẽs
gẽtes terre. Ex tũc oĩbus de illo gñe erat
notũ xp̃z de eis eẽ nascituꝝ. Et õ dicitur
exo. xl q primus pontifex erat ꝓ populo i
his q ad deũ ptinẽt. Secõ fuit a pontifi
cibus idubitãter credita. Et õ Moyses
ꝑsupponẽs fidem. d. deo. exo. xl. Obsecro

dñe mitte quẽ missurus es. vbi aliud sup
ponit q aliud petit. Supponit. n. xp̃z qñ
q3 eẽ mittẽdum. Et petit vt ꝓmissum in
dilate seruet̃. Tertio fuit a principibus fi
ducialiter postulata. Et õ dõ. dubitans
ne ꝓpter multitudinẽ petentium promissio
tardaret̃ vel euacuret̃. d. ps. Propter dõ
seruũ tuũ nõ auertas faciẽ xp̃i tui. Quar
to fuit a ꝓphetis fideliter ꝓmissa Math.
3⁰. Ecce vobis timẽtib⁹ nomẽ meum sol
tusticie. De quo pax supra dicit. Statim
veniet ad tẽplum sctm̃ suum dñator quẽ
vos q̃ritis q angelus testamẽti quẽ vos
vultis. Et sic ꝑz q hec natiuitas in veteri
testõ de futuro fuit certa sicut nũc de ꝑte
rito stat clara. Secũdus articul⁹. Quid
ẽ xp̃i natiuitas. Et dr̃ sm scripturaz q est
quadruplex. Prima ẽ qua de vtero dei
patris eternaliter ẽ genitus. sicut. d. ꝓphe
ta dõ. ps. Ex vtero añ lucifer̃ genui te in
ꝑsona ꝑis ad filiũ. Secunda est sz quã
natus ẽ ex vtero virgis de qua Math.1⁰.
Quod in ea natũ ẽ de spũ sctõ ẽ. d. ange
lus Joseph. Tertia sm quã natus est ex
vtero vginis de qua Luc.p⁰. Quod na
scet ex te sctm̃ vocabit̃ filius dei. Quar
ta ẽ sm quã natus ẽ de synagoge vtero p
noui sacri regnationc. s. qñ fuit a Joanne
baptizatus Math.3⁰. Venit iesus a gali
lea in iordanẽ ad Joãnẽ vt baptizaretur
ab eo vbi amb. dicit q tũc fuit renat⁹ sa
cramẽtis. De qua natiuitate dicit xp̃s ni
codemo Jo.3⁰. Nisi qs renatus fuerit ex
aqua q spũ sctõ nõ pot̃ introire in regnuz
dei. Nũc aũt de xp̃i natiuitate eternali de
qua Isa.37. Nãrationẽ eius qs enarra
bit. Nec de ea sm quã nat⁹ ẽ de synago
ga. Nec de ea sm quã natus ẽ i vtero btẽ
vginis: q: spectat ad alias solẽnitates. Sz
de ea sm quã nat⁹ ẽ de vginis vtero quã
hodie solẽnizamus ẽ pñs intẽtio. Et no
tandũ q ista natiuitas imitat̃ illã sz quã
natus ẽ de vtero dei patris quadruplicr.
Primo q: vtraq3 totalis ẽ: sic cum
filius eternaliter genit⁹ ẽ de substãtia pa
tris: q substãtiã suã totaliter nõ ptialiter
hũit a ꝑe. Ita tpaliter totã substãtiã
recipit a matre. sz alij filij partim a ꝑe q
partim a matre substãtiã sumũt. Idco to
tam germanitatẽ xp̃s habuit solũ a matre
quã alij filij hñt a patre q a matre. Idco
dicit apo. Gal. 4. Misit deus filiuz suũ
factum ex muliere. Secundo q: vtraq3
singularis. q: sicut xp̃s est vnus sin: matre
in ecclesia: ita vnus ẽ sine ꝑe in terris sm
Orig. sup Math. Tertio q: vtraq3 ꝛ
balis. sicut enim ꝑ dicit eternus dicẽdo gignit
ꝛbũ i. filiũ sibi cõsubstãtialẽ. Sic btã vir
go angelo nũciante ꝛbo ꝯcepit filiũ. Nã
de ea dr̃ Mesaiens ego vtz: q ꝛbo ꝯcepit
filium. Quarto q: vtraq3 in ꝯprehensi
bilis nullus eiz itellectus creatus pot̃ at
tingere ad tãtus natiuitatis sacrm̃. Idco
dicit Leo papa in sumone natiuitat̃ q nõ
solũ ad diuinã: sed ẽt ad humanã natiui
tatem q gnationẽ ptinet illud ꝓphetic̃.
Gnationem ei⁹ quis enarrabit ꝛc.

Secundus articulus

Tertius articulus. Qualiter xp̃s fuit
nat⁹. Et dr̃ q xp̃i natiuitatẽ excellentissi
me declarat ꝓpheta ps:d. In sole posuit
tabernaculũ suũ. Et ipe tanq̃ spõs. procedẽ
tha. suo. Ubi ꝓpheta ꝓmittit mysterium
carnatiõis i tabernaculi appositiõe ꝓmo
Secũdo adiũgit natiuitat̃ sacrm̃ in spũ
si, pcessione: q: sacrm̃ natiuitatis sine my
sterio icarnatiõis bene oñdi non potest.

Quartus articulus

Quartũ ad mysteriũ icarnatiõis q no
tat̃ ibi In sole po. tab. suũ. sunt tria vidẽ
da. Primo quis ẽ iste sol. Secõ qđ ẽ istũd
tabernaculũ. Tertio qđ ẽ q tabernacu
lũ istud positũ ẽ in sole. Circa primũ dr̃
cit iste sol fuit deitas xp̃i. vñ Dio. li. 4. dẽ
di. no. d. q iste sol visibilis ẽ cuidẽs trinat̃
ymago. qđ ꝑz ex dictis suis q b. aug. Pri
mo q: iste sol illuiat oia corpa supercelestia q d
sui nã sẽ opaca sz cũctis. Et ita ditas clarit̃
cat oĩs scõs q sũt i celo ad modũ sydcrũ
ipz ornãtes. Et hoc irradiatiõe yerarca.
ecc. xlij. Sol illuians q oia respicit q glia
dñi plenã ẽ op⁹ ei⁹. Secundo sol nõ solũ ecclesia
illuiat sz ẽt terrena ordinat q fecũdat. Et
sic deitat̃ nõ solũ supiora sz ẽt iferiora ꝓ
dispõit q ordinat ysa. vltc. Ego gnatõz cũ
ctis trib⁹. Tertio sol occulta q ignota mãifc⁹
fac̃ q sic lux diuia irradiat ad cognoscẽdũ
ꝑtutes imutabiles: vt d. au. i li. de fide trin.

Quarto fol obfuscat oculos debiles. vñ oculus noctue non potest videre solem. Et sic oculi creature non possunt intelligē claritatem deitatis ecc.33.c. Non videbit me homo & viuet. Et ideo notandum q̄ sicut gratum est humano oculo videre naturalem solem.ecc.vi. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem. Ita felicitatis sanctorum stat in visione deitatis sin Aug.p̄io de trī. Et ideo p̄ solez frequenter in sacra scriptura designat deitas. Circa ꝟz dī q̄ p̄ tabernaculuz intelligit̄ xp̄i humanitas que per tabernaculum federis fuit multipliciter figurata vt p̄z hebd.ir.p totuz sed marie ostendit quadrupliciter. Primo q̄: tabernaculuz federis fuit tabernaculuz testimonij appellatum. Et sic xp̄s natus est in nostra humanitate vt testimonium perhiberet veritati Jo.xviii. Ego in hoc natus suz & ad hoc veni in mundum vt testimonium p̄hibeam veritati. Secundo q̄: sicut illud tabernaculum fuit unctum & consecratū oleo unctionis ecc. vltimo. Mense p̄mo prima die mensis eriges tabernaculuz testimonii & parumīfra. Et omnia unctionis oleo consecrabilis ut sint sancta sanctorum. Sic xp̄s fm humanitatem fuit unctus.xp̄s.n. grece. Latine unctus dī. p̄s. Unxit te deus tuus oleo letitie p̄consortes tuos.i.super omnes alias creaturas. Que unctio in sacra scriptura uocat̄ datio spiritussancti. Et xp̄o fuit datus non ad mensuram. Ideo dicit Petrus cornelio &c. Actuuz.x. Quomodo unxit euz .s.christuz deus spiritu sancto & virtute. Tertio q̄: sicut tabernaculum fuit diuina maiestate & gloria repletum ecc. ulti. Operuit nubes tabernaculuz testimonij & gl̄a dñi implenit illud. Sic xp̄i humanitas in instanti sue conceptionis fuit gl̄a deitatis repleta.fuit.n. xp̄s tunc ita p̄fect̄ beatus quantum ad aiam sicut est nunc. omnes theologos col.primo. In ipo cōplacuit omnem plenitudinem diuinitat̄ habitare. Quarto q̄: sicut in illo tabernaculo fuerunt sancta sancto⁹ collocata ut p̄z ecc.ultimo. Sic deus qui est sanctus

ꝟz que situm

sēctuz in xp̄i humanitate p̄fectissime habitauit eo'.ho. In quo sunt omnes thesauri sapie & scie abscōditi. Et infra i ipo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Et sic p̄z quomodo xp̄i humanitas conuenientissime dī tabernaculum federis q̄: in ea fuit facta confederatio & reconciliatio humani generis col.ho. Delens q̄d aduersus nos erat chyrographuz decreti q̄d erat contrarium nobis. Et ipz tulit de medio affigens illud cruci.

3m que situm

Circa tertium est notandum q̄ ppheta non dicit a cōtrario in tabernaculo posuit solem.ꝟz dicere potuisset cum deitas habitauerit in humanitate. Bal.quarto. Ad vsit deus filium suuz factum ex muliere. Quod clarius dictuz fuisset quadrupliciter. Primo q̄: in facto incarnationis ministratur deitas non substantificatur in humanitate.sed econuerso humanitas in deitate quasi vt accidens in ipo vt p̄z tertio sniarum di.i⁸. Et ideo melius dī humanitas in deitate q̄ econuerso.sicut melius dī lux in sole. q̄ sol in luce. Secundo q̄: duo coniunguntur quoruz vnum excedit reliquum. Et melius ē dicere excessum in excedente q̄ econuerso. Sicut melio⁹ dī caput in corpore q̄ corpus i capite. Nō est q̄: manus a minori cōtineri non potest vt celum a terra. Et q̄: deitas in xp̄o excellit humanitatem in infinitum Ideo melius est dicere humanitas in diuinitate q̄ econuerso. Tertio quādo duo coniunguntur quoz vnum est precistēs & aliud est aduenies melius dī aduenies in precistente q̄ econuerso. Cum illud quod inest presupponat illud cui iest sed deitas precristit humanitati xp̄i. Ergo &c. Quarto q̄: in hac vnione est cōsentire duos modos vel motus oppositos. vñ in inclinationis ex parte dei. Alterū eleuationis ex parte humanitatis.q̄: dicitur eleuata & assumpta. Et primus motus est deorsuz.& secundus est sursuz. Et q̄: motus sursum videtur principalior. ꝟz q̄ est ad melioꝛem terminum. Ideo ab ipso fit denominatio sicut a principali. Et q̄: humana natura est assumpta & deus ē

inclinatus in hoc. Ideo cōuenientius dī humanitas in deitate. Et ideo bene dixit propheta. In sole posuit tabernaculū suū .i. hūanitas in deitate substantificauit.

Circa ꝟam partem istius articuli que agit de xp̄i natiuitate tacta cū sequē. Et ipse tanquā spōsus procedit de thalamo suo. Ta gunt tria.s. Primo qs fuit iste thalamus. Secūdo qs fuit sponsus. Tertio quomodo processit de thalamo. Circa primū dī q̄ thalamus iste fuit virg⁹ virginalis in quo dei filius libenter intrauit. ꝟz notāndū q̄ thalam⁹ debet hīe quatuor ad hoc q̄ qs ipm libēter inhabitet. Primū vt sit firmiter hedificatus q̄: nullus libenter intrat domū ruinosam. Et quāto maior tanto peius. Sēdm vt sit cōdecēter luminosus.q̄: in obscuro nullus letatur.

Tertiū vt sit conuenienter mūd.atus q̄: nullus libēter cōtaminat. Amb. in fine de aduentu dicit. Dō susceptur⁹ seniorem sc.domū mūdat. Quartū vt sit honorabiliter ornatus.q̄: dom⁹ vacua nō sufficit ad recipiendū nouū hospitez dignū honoꝛ Sed thalam⁹ beate virginis. primo fuit firmiter hedificat⁹.q̄: ab origine sua ita fuit in gl̄a confirmata.vt nec mortaliter:nec venialiter peccare potuit :vt p̄ tanto dī. prophēta p̄s. Deus in medio ei⁹ non commouebit̄:adiuuabit eam deus mane diluculo :q̄: ipsam firmauit in sue conceptionis exordio. Et iō non fuit periculū xp̄o intranti sic ē altis q in talt ingressu peccato moriunt̄ originali.p⁹ eccl.xv. In Adā omnes moriunt̄. Secūdo fuit sufficienter illuminat⁹:q̄ cū fides sit lumen alie rationalis ipsa fuit fide plenissima. Vñ Augu. dī. Fide concepit fide suscepit nō incredula sermonib⁹ angeli. Amb.super Luc. Ut audiuit hoc Maria nō quasi incredula de oraculo nec quasi incerta de nūcio. & paruū infra. Festina preg audio in montana pergit. Ideo dicit helisabet Luc.p̄mo. Beata que credidisti.q̄m p̄ficient̄ ea que dicta sūt tibi a dño. Tertio fuit conuenienter mūdatus.q̄: ab omni macula culusq̄z peccati:vt de ipsa dicat̄ illud sap.7. Candor ē lucis eterne & speculuz sine macula Cāt.4⁰ Tota pulchra es amica mea & macula nō ē in te. Et p̄ filio i adoptione hūane nature dicat̄ Nihil inquinatū in illam incurrit. Quarto fuit honorabiliter ornatus:q̄: bā virgo nō solum fuit a peccato p̄seruata:sed ēt domus spūs scī libē adornata p̄s. Sanctificauit tabernaculū suū altissim⁹. Et ideo filius dei libenter ipm inhabitauit & ipm dilexit. p̄s. Dilexi decorē dom⁹ tue & locū habitationis glie tue. Cāt.p⁰ Lectulus nr floridus lignis domoꝛ nrāꝛ cedrina. Et q̄ xp̄s ꝟz libenter inhabitauerit p̄z ex duob⁹. P⁰ q̄: xp̄s incarnandus festinauit.quantū honeste potuit. Et iō cū beata virgo.12. ēt annoꝛ angelo nūciante ipm cōcepit. Et ideo q̄ cito beata virgo apta ad capiendū fuit.xp̄s quātū valuit de potētia ordinata ad ipam venit. Secūdo q̄: sicut libēter ad ipam venit.sic libentissime in ipsam habitauit quadruplici rōne ad hoc cōcurrente. Prima q̄: libēter qs inhabitat in domo ppria. Nam Berzelai potius elegit manere in domo ppria in pace q̄ in domo regia i pompa & gl̄a regia p̄z 2.R ir. Unde dicit dō ad Berzelai.vt requiescas securus mecū in hierusalē &c. Et rndit Obsecro vt reuertar seruus tuus & moriar in ciuitate mea & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris mee.

Secūdo quando domus ē pulchre depicta : q̄: picture delectāt visum & allicunt ad habitādū sicut varia opa tabernaculi determinabant ipm ne populus flueret ad ydolatriā p̄z ecc. vlt⁹ Tertiū quādo domus ē secreta. Nā mortales hostes libenter hītant in locis tumultuosis & ingentis.sed econtra p̄z de iudith. iudith. viii. In supioribus domus sue fecit sibi secretū hiraculū. Quarto quādo domus ē signata vñ & rer assuetus mādauit sub pena vite vt nisi vocatus intraret thalamus regis.p̄z hest. 4⁰ Sed ad ꝓpositū vter⁹ virgis dic̄.habuit istas ōditiones. Primo q̄: deo fuit appropriatus.q̄: prima olim mulierū deo castitatē vouit.vt dicere possz illud prouerb. viii. Dñs possedit me in initio viarū suarū.anteq̄ quicquā faceret a p̄n

ꝓlocab eterno ordinata fuꝛ. Et sol⁹ xp̃s ipsam inhabitauit. In cuius figura solus pontifex semel in anno intrabat ps̃ hebr. ix. Sedo qꝛ mitra ferunt⁹ fuit decorata: vt ꝑ ea dicat sapiens sap. 7? Dum hui⁹ virtute oia ꝓspiciens. Tertio qꝛ secretissima fuit. Illa mysteria incarnationis filii dei .nullus scire potuit. donec per angelu reuelatu fuit ioseph, Math. p? Joseph fili dauid noli timere accipe mariã cõiugẽ tuã. qđ enim in ea natũ est de spũ sancto ẽ. Quarto fuit singularissima: qꝛ ꝙgo mancꝰ integraꝛ: et sigillo ꝙginitatis saluo penitus xp̃m cõcepit et pepit. Et ideo bene dicit de ea. Eze. 44. Et cõuerti me ad uiã porte sanctuarij exteriꝛis que respiciebat ad orientem et erat clausa. Et infra. Ꝓcipeq; ipse sedebat in ea. Et iõ nimirũ si xp̃s libenter ips inhabitauit. Et ibidẽ plus altis modis tractat saltẽ per dies. 46. anteq; aperiretur sm Aug. 4. de tri. Nec aduꝛt simul fuit caro. et alata caro: et dei caro. ps̃ Dama. in 3? sniarum suaꝝ. Circa scdm. s. qđ fuit sponsus Et dꝛ ꝙ dei filius: q fuit in utero btẽ virginis desponsatus. Nam desponsatio ẽ sacramẽti cõtractio ista aũt copula verbi ad naturã humanã sacramẽtalis fuit. sacrm enim i carnatiõis est suꝑadditũ sacrm oium sacramẽtoꝝ ad xp̃m ptinẽtiũ ista aũt desponsatio ꝑdripliciter declaraẽ. Ꝓmo qꝛ sicut ad sacrm matrimonij pfidẽ regritur et sufficit mutuitas cõsensus exp̃ssi ita in xp̃o in carnatione nõ fuit ista vnio cõsumata donec. b. vir. fuit cõsensus exp̃ressus Luc. p°. Ecce ancilla dñi fiat mihi secundũ verbũ tuũ. Secũdo qꝛ sicut ad matrimoniũ requiritꝰ dispitas ortus. qꝛ non possunt de iure matrimonio copulari nisi distantes origie sanguinis. vt ps̃ p gradꝰ et lineas. Ita fuit hic. s. magna distantia naturaꝝ. qꝛ in nullo se habebãt: natura diuina. et humana. Qđ admiraꝰ ꝓphcta dicꝰ. Simul in vnum dnes et pauper.

Tertio qꝛ sicut matrimoniũ est copulatio indissolubilis. ma. 19. Itaq; nõ sunt duo sed una caro. qđ deus ergo cõiunxit. homo non separet. mat. 7°. Qui aũt dimiserit uxoꝛẽ. excepta causa fornicatiõis facit eã mechari. Ita hec copula est omnino indissolubilis. qꝛ naturã quã deus semel assũpsit nũq; dimisit. Sm aug. li. cur deus hõ ys. 33°. tumuli ciuꝰ nõ rũpent. qꝛ solũmõ ibi magnificus est dñs deus nr̃. Quarto qꝛ sicut matrimoniũ ẽ cõiunctio principalis. qꝛ ex ipso dependẽt cetere necessitudines gene. ii. Quã obrẽ relinquet hõ ꝓfez et matrẽ et adherebit uxori sue. Et erunt duo i carne una. et idẽ dicit saluatoꝛ mat. 19. Ita ista copula fuit principalissima inter oẽs q̃ cogitari possunt et iõ. b. d. dicẽ q ista vnio ẽ maxima super oẽs alias. excepta unione diuinarũ ꝑsonarũ in rep̃ natura. ls̃ in diuinis ꝑsonis sm. ysa. li. de tri. non sit unio ls̃ unitas. Et ita dei filius dicit fuisse i utero beate virginis taq; spõsus. qꝛ nre humanitati quasi matrimonialiter copulatus et cõiunctus. Et notãdũ q dei filius i utero beate virginis fuit quadrupliciter desponsatus. Ꝓ°. cũ. b. vir: qꝛ sm beatũ Aug. ipa ꝓius fuit eius spõsa q̃ mater. qꝛ alia deo grata. sep̃ ẽt spõsa intꝛa illud. Desponsabo te mihi etc̃.

Et ista desponsatio fuit pfecta uirginitas p ꝓpriũ ꝛsensuꝫ lu. pmo. Ecce ancilla domini fiat mihi etc̃. Secũdo cuꝫ anima sua sanctissima ut patet. 3°. sententiaꝝ. qꝛ ut anima rationalis fuit unita uerbo. talis desponsatio fuit facta per consensum. anime in instanti in quo fuit creata cum plenitudine sapie. qꝛ alterius persone non uidetur suffecisse consensuꝫ ad taꝫ pfectum matrimoniũ. Tertio cuꝫ sua mundissima carne. qꝛ non soluꝫ anima sꝫ etiam caro a uerbo est assũpta. Jo. primo verbum caro factum est. Et ad hoc sufficit consensus mentis. sicut p solam voluntatem corpora martirum copulantur xp̃o

Quarto cum humanitate pfecta. qꝛ secundũ dam. li. de tri. ipse assũpsit humanitatem perfectam. que resultat ex anima et corpore. Et ista desponsatio non mãsit intridduo mortis xp̃i. qꝛ tunc xp̃s non fuit homo. vt ps̃. 3. sententiarius. di. 7°. Sed re parata fuit in resurrectione. Et ideo. qꝛ xp̃s fuit i virginis utero matrimonialiter de

sponsatus dicitur illo tempore fuisse sponsus. Circa tertium est notandum q aliter procedit de thalamo inimicus et aliter amicus. Primo enim de inimici nociua presentia. thalamus conturbatur.

Secundo inimicus in thalamo plagatur. quia insurgunt repẽte habitatores cõtra inimicum. Tertio de thalamo violenter expellitur inimicus. qꝛ eius presentiã domestici ferre nõ possũt etc̃. Quarto de thalamo malignanter egreditur frãgens et dissipens quantũ potest. Quinto qꝛ ingressu inimici thalamus maculatur Et istum modum seruant communiter egrediẽtes ex utero materno. Primo enim maternus uterus conturbatur. qꝛ q̃ cito anima corpori infunditur incipit fetus matrem molestare. Secundo ibi fetus percutitur plaga letali originalis culpe. Ita q̃ si ibi moꝛeretur absq; dubio eternaliter dampnaretur. Tertio deinde violenter expellitur. quia sicut natura per ui expulsiuam expellit nociua et superflua Sic natura expellit fetum perfectum materni uteri nociuum et cuomit.

Quarto quasi malignanter egreditur aperit enim violenter et frangit claustra materna. Et ideo primogenitus in lege dicebatur aperiens uulua. quia materna claustra cum ingenti pressura dissoluit.

Quinto egressus uituperatur. quia mulier in munda remanet septem diebus a consortio uiri . et ab ingressu intemplum. patet leui vi. Et puer uituperatur labe peccati originalis. Et ideo ipsum abhominantur . quia ipsum super omnia detestantur. sed sponsus oppposito modo se habet. Primo quia ex presentia sponsi thalamus fecundatur Lañt. primo lectulus noster floridus. Secundo non ibi plagatur. sed osculando iocundatur. Lañt. primo Introduxit me rex in cellaria sua exultabimus: et letabimur. inte. Tertio non expellitur. sed ingreditur et egreditur ad placitum. Lañt. secũdo Ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

Quarto mansuete ingreditur et egredit

Judich. 12. Ꝓcepit ancillarijs suis ut sicut placere illi ingrederet et egrederet.

Quinto egressus ei⁹ nõ maculat nec thalamus eo remanet maculatus ls̃ letus et iocundus. quia tota nuptiarum solempnitas est ad hunc finem. thobie. 8. Ingressa cubiculũ repperit scilicet sponsum et sponsam saluos et in columes secum pariter dormientes et reuersa nunciauit bonum nuncium. Et sic christus dicitur bene ꝑcessisse ab utero sicut sponsus de thalamo suo. Primo quia suum thalamũ non conturbauit quia beata virgo non sensit dolores sicꝫ cetere mulieres ps̃. Ber. Ys. vlt. Antequam parturiret peperit masculum. Secundo quia ibi plagatus non fuit sed omnem plenitudinem gratie habuit. Ro. primo Qui predestinatus est filius dei. in uirtute. sm spiritum sanctificationis primo col. 15. Sicut in adam omnes moriuntur. Ita et in christo omnes uiuificantur. Tertio non fuit unde uiolenter expulsus. sed sicut propria uolũtate fuit incarnatus. sic fuit natus sm Augu. comparans eius natiuitatem ad mortem. Quarto qꝛ benigne et nõ uiolẽter ꝑcessit. qꝛ sicut sol trãsit ꝑ uitrũ sine uiolentia. sic et xp̃s trãsiuit per uterum. beate uirgis sine uiolentia uirginitatis. unde cantat ecclesia. Et exiuit per clausam portam deus et homo. lux et uita. conditoꝛ mundi

Quinto non fuit ibi maculatus nec thalamus dehonestatus sed multipliciter magnificatus et laudatus luc̃ secundo. Annũtio uobis gaudium magnum quod erit omni populo . quia natus est uobis hodie saluatoꝛ qui est christus dominus Et infra Et factum est cum angelo multitudo celestis. laudantium deum . et dicentium. Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus. etc̃.

4ª artic. De anno.

Quartus articulꝰ qñ xp̃s fuit natꝰ in quo ponũt quatuoꝛ pũcta. Primo de anno circa quẽ ponũt quatuoꝛ ueritates notabiles. Prima q xp̃s fuit natꝰ in 6 mũdi etate. sm Aug 4. de tri. Prima etas mundi fuit ad Adam vsq; ad noe.

Prima vera.

Secunda vsq; ad Abrahã. Tertia vsq; ad dñ. Quarta vsq; ad trãsmigrationẽ

30

babilonis. Quinta vsq3 ad partū virginis. Sexta vero inchoata ē a partu virginis beate. ⁊ erit vsq3 ad occultū tpis finem. Et sic p3 q̄ natiuitas xp̄i fuit primi pū sexte etatis que continet in homine decrepitati. ℙrima enim hominis etas ē infantia. Secunda pueritia. Tertia adolescentia. Quarta iuuentus. Quinta senectus. Sexta senū vel decrepitas que vltima ē. Et ideo frequenter in scriptura dr̄ xp̄s natus in fine seculorū. Eph. p̄mo sm bonū placitū eius qđ ꝓposuit in eo in dispensatiōe plenitudinis temporuz instaurare oia in xp̄o. que in celis ⁊ que in terris sunt. hebr. ix. Nunc aūt semel in cōsumatiōe seculoꝝ ad destructionē peccati per hostiā suam apparuit. h. per mortem. Et q̄ xp̄s natus ē in .6. etate. d. Augu. q̄ xp̄s venit in tēpore mūdi inueterati. Et ꝓpter q̄ res non solet nouari nisi quādo ē inueterata. Et sic xp̄s qui venit ad renouādum mundū debuit nasci in mūdi senectute sm ips. Et ideo rogabat sapiēs. d. etc. xxxvj. In noua signa ⁊ inuita mirabilia ⁊c. Secunda q̄ xp̄s fuit natus in. vj. millenario annoꝝ in mundi origine. qđ p3 ex numeris veteris testamenti. Ex quo p3 q̄ sicut primus Adā fuit factus sexta die de terra imaculata: ita secūdus adam .i. xp̄s de beata v̄ginc in. vi. seculo extitit natus: vt repatio transgressiōis coresponderet in seculū qppe spaciū mille annorū ꝓprie dr̄ sm doctores. Tertia q̄ xp̄s fuit natus in septia ebdomada annorum. ex quo fuit reuellatū mysteriū incarnationis ⁊ passionis dānieli. p3 dañ. ix. Et q̄ post septuaginta duas ebdomadas annorum fuerit sibi p̄nūciata mors xp̄i. Et añ fuit per qnqz ebdomadas. Iz vltima nō sit cōpleta. Et ideo dicūt aliqui hystorie q̄ ꝓpter hoc orta ē hereſis herodianoꝝ qui dicebāt herodē eē xp̄m: q̄ regnabat in iudea. tpe quo ꝓphēta p̄nunciauit ꝓpm esse venturꝝ Dañ. ix. In quo notanť duo p3 duos modos ibi cōtentos. ℙrimuz q̄ annꝰ natiuitat̄ xp̄i i bethlē fuit annꝰ qn quagesimus nūero in millenarijs ⁊ ebdomadibus q̄ dicebat̄ ānus iubilei: vt patz

Lcuit. xxv. ⁊c. Scōm q̄. vij. ebdomade que superſūt significat septem dona spūs sancti. in qbus p̄cellentissime xp̄s fuit natꝰ oi. ꝓphēta ysa. vltꝰ. Egredietur virga de radice yesse ⁊ flos de radice eius ascendet ⁊ requiescet sup eū do. Spūs sap. ⁊ spi. ⁊ cōsilij scie ⁊ pi. ⁊ rep. eum spi. ti dñi. Quarta q̄ xp̄s natus fuit. xiij. ānō matris suc. quē cū cōceptisset ānō. xij. necesse hūit tēm parere in. xiij. decursis. ix. mēsibus sm Aug. In quo notatur q̄ in tali etate erat beata agnes. q̄n fuit p agnū despōsata. In qua btā v̄go fuit cū v̄gi. secun. Secūdo de mense vbi notantur quatuor varietates.

ℙrima q̄ xp̄s natus ē in mē. c. x. sm cōputationem hebreoꝝ: qui ānum icipiūt a martio. exo. xij. ℳdicis iste vobis ꝓncipiū mēsiū ꝓmus erit i mēsibus anni. In quo notat̄ q̄ xp̄s fuit dcē mensibus in vtero mat̄is iclusiue. Et sic in oibus mēsib⁹ ānis ꝓter Januariū ⁊ februariū vt verificet̄ i eo illud sap. vij. Decē mēsiū tpe coagulatus sum in sanguine. Secūda q̄ xp̄s natꝰ ē in mēse. xij. sm cōputationē latinoꝝ. q̄ ꝓmus mēsis ē Januarius: vt p3 in chalē. romanoꝝ ⁊ sic decēber ē. xij. mēsis. Iste aūt numerus cōtinet duplicatū septenarium. Et septenarius sm Aug. sup gen. ad lkam ē primus numerus perfectus ad denotandū q̄ xp̄s natus ē in gemina perfectione. s. in sūmo gre ⁊ glie. vt dicit magister. z. sniaꝝ. Tertia q̄ xp̄s natus est in 4°tempore. s. in hyeme. Sunt. n. quatuor tēpora ānī. s. ver: estas: autūnus: ⁊ hyems Ad denotandum q̄ post numerū trinarium sequit̄ quaternarius. i. post trinitatez psonarum sequitur. 4ª creatura. s. hō ꝓp quē multiplicatus ē numerus creaturaꝝ sicut post 4ᵐ nūcrum pōt cōsequi numerando in infinitum vt pro his dicat ꝓphēta. ps. Sapientie eius non est numerus: ⁊ quia ista quarta creatura omniū inferioꝝ ē dignissima: ⁊ maxime cum verbū sibi cam vnuit admirās apos. ot. hebr. i°. Tanto melior angelis effectus quāto differētius p̄ntis nomen hereditauit. Cui. n. aliquando angelorum dixit filius meus es tu ego hodie genui te. Et iterum ego

ero illi in pa. ⁊ ipe. e. m. in fi. Et si dicatur q̄ illud tempus sic sterilissimū facit ad ꝓpositum q̄: sterilitas terre significat. virginis integritatez ⁊ frigiditas extinctiōez totalem concupiscentie. Quarta q̄ xp̄s fuit natus in solstitio hiemali sm Ysido. li°. etym. Licet nunc celebret̄ p. ix. dies post q̄: reuertit̄ in. xii°. ānis p vnū die p3 astrologos. Ad denotādū q̄ sic sol tūc ē ivlt° ⁊ ifimo signo. Ita xp̄s tulit carnē ō ifimo gne rōnabilitū philip. 2°. Semetipm exinaniuit formā serui accipiēs. Tertio de die. Et dr̄ q̄ natus fuit die dñica p3 Augu. 4. de trini. Et cadē die passus qua natus: q̄: qñ feria. 3ª. ē dies annūciatiōis. illo ānno in die dñica colit̄ festū natiuitat̄. que die sconsecratur quadruplici miraculo.

De die

ℙmꝰ fuit angelice creatiōis gen̄. p°. Dixit deus fiat lux ⁊ fcā ē lux. i. angelica natura sm Aug. Scōm isrlitice exultationis qñ. s. viderūt egiptios mortuos sup litus maris: ⁊ cecinerūt carmē. exo. 14. ⁊ 15. ca°. Mā sm Greg. feria. 6. egressi erāt ō egipto: ⁊ die sabbati trāsierūt mare: vel die sabbati fcā sunt hec duo. Tertium dñice resurrectōis: q̄: die dñico resurrexit xp̄s: vt testant quatuor euāgeliste. nā passus fuit die veneris ⁊ 3ª. die resurrexit.

Quartū spūs sancti missiōis. q̄ fcā ē. 50 die a resurrectiōe iclusiue: vt p3 act̄. p°. ⁊ 2°. caplis: q̄ miracula hūit attributiōes ad xp̄i natiuit ⁊c. ℙo: q̄: sicut angeli tali die fuerūt creati ita eodē die fuerūt letati. luc. ij°. Facta ē cuz angelo multitudo militie celi. cecr. lau. ōm. ⁊ di. Glia i excel. deo ⁊c

De hora

Secō q̄: sicut filij israel letātes cecinerūt. Ita ⁊ pastores eadē die. Luc. vbi supra. Et reuersi sūt past. lau. ⁊ glo. ōm i o. q̄ au. ⁊ vi. si. di. ē ad illos. Tertio q̄: sicī resurrectiōe fuit reunita hūanitas deitati. Ita ipsa die vnita fuit hūanitas apparēti si i carne. Quarto q̄: sicut hac die missus fuit aplis spūsanctus. Ita ⁊ magis p3 illos q̄ dicūt q̄ stella q̄ eis apparuit fuit spūsanctus: vt ꝓ oibus. di. ꝓphēta. ps. Hec dies quā fecit dñs exultemus ⁊ lē. i ea. Quarto de hora. Et dr̄ q̄ media nocte Luc. 2°. Et pastores erāt in regiōe eadem vigilātes ⁊ custodientes vigl. no. supꝰ gre. suū. Et iō ēt multū solēnizāt illā horā hac nocte. Que hora iuenit̄ q̄druplicit̄ solēnizata in sacra scriptura. ℙrio in occisiōe ꝓmogenitoꝝ egypti exo. xi. ℳedia nocte egrediar in egyptū ⁊ morient̄ oē ꝓmogenitū in terra egypti a ꝓmogenito pharaonis q̄ sedet in solio eius ad primogenitū ancille q̄ ē ad molā. Scōo i scō rū patruz ꝓfessione. Mā sancti p̄ces surgebāt media nocte ad diuinā laudē. Et ideo p3 q̄ deus tali hora ꝓphēt̄ loquebat̄ p°. R. 2. vbi vocauit deꝰ Samuelē quatuor vicibus. Iō dicit ꝓphēta ps. ℳedia nocte surgebā ad confitendū tibi ⁊c. Tertio in verbi diuini icarnatiōe. q̄: tali hora verbū diuinū nre carni in v̄ginis vtero ē in carnatū sm illud sap. 18. Cū cīm qetum silentiū teneret oia ⁊ nox in suo cursu medium iter hīet oipotens sermo tuus dñe de regalibus sedib⁹ venit. Quarto in iudicij ꝓnūciatiōe: q̄: aliqui dicūt opinative q̄ media nocte xp̄s ad iudicādū sit vēturꝰ sm illud ℳat. 25. ℳedia aūt nocte clamor factus est ⁊c. Et sic in nro ꝓposito ℙrimo sicut ista hora fuerūt ꝓmogenita egyptioꝝ mortua. sic in xp̄i natiuitate occīs. sodomite fuerūt extincti vt testat̄ Piero. Secūdo sicut ista hora sancti p̄ces laudabāt deū. sic ēt salubriter statuit matutinalē horā dñs ꝓsolui Tertio sicut ista hora v̄bū diuinū nre humanitati fuit in vtero. btē vir. copulatum. Sic btā virgo nobis ipm ista hora ex sacratissimo eiꝰ edidit vtero. Quarto sicut ista hora: vt opiatur: suā maiestatē manifestabit cū potēcia veniendi. sic nunc suā humanitatem ostēdit cum singularitate nascendi. Quintus articulus vbi xp̄s fuit natus. Et assignantur quatuor loca ℙrimum quantū ad regnum Et dicitur q̄ in iudea vbi ioseph ascendit cum maria de galilea vt ibi christus nasceretur. ne forte alienigena putaretur cum esset verus iudeus secundus carnem. Secō quantū ad ciuitatē: que fuit bethleez ciuitas dō. Idco di. Luc 2. Eo q̄ erāt de domo ⁊ familia dō. Tertio quantū ad domū que fuit diuersoriū.

5. arti.

31

Quarto quantū ad locū: q̄ non habuit reclinatoriū ꝫ ꝑceptū. ℙrimo ꝺ regno ꝺ̄i ℳichee. v. Et tu bethleē effrata parvula es filiabus iuda ex te. n. egredief dux q̄ sit ꝺnator in ifrael. Scꝺo de ciuitate ꝺ̄i Luc. ij. Ibant oēs vt ꝑfiterent singuli in suaꝫ ciuitatē. Ascendit aūt & Joseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeaꝫ ciuitatem ꝺ̄d. que vocat bethleem eo q̄ erat de domo & familia ꝺ. Tertio de domo ꝺ̄i ℳath. viij. Vulpes foueas habent & volucres celi nidos habent. aūt filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quarto de loco dicit mar. xv. Et ꝑducunt eū in golgata locum q̄ ē caluarie locus. Est tñ notandum ꝑ̄m diuersos respectus q̄ xp̄s nominatus est de quadruplici ciuitate regre in sexto ꝑmo de ſ. v̄bū caro factū est. & c. cōtemplatiōe. z. & ibi plene inuenies. Sextus articulus. Formal in eodē sermone sexto. ſ. in quatuor vltimis cōtēplationib⁹ vt tibi melius videbit ad ꝓpositū &c. Septimus articulus est qb⁹ fuit nota. Et dicit q̄ quadrupli ci genere ꝑsonaꝝ. ℙ. Horibus. nā p eius ortū tota natura hūana ē in ꝛperabili sublimata. q̄ a v̄bo assūpta vt ꝓz supra. Secundo angelis ad eoꝝ. ſ. ruinā repandaz.

Tertio oīb⁹ creaturis: q̄ sicut ꝑz Bre. hō cū oībus creaturis participat sic filius dei oībus creaturis natus ē. Quarto ꝺ uinis ꝑsonis q̄ p xp̄m fuit fides trinitatis explicite declarata & ad ip̄m finē vltimuz ordinate reducta. R⁹. p⁹. q factus ē deo patri ex semine ꝺ̄d. ꝑm carnem. qui predesti natus ē filius dei in v̄tute ꝑz spūz sanctificationis & sic factus ē vt. d. cū apostolo p⁹ ad Ro. j. & c⁹. oībus oia factus sū De isto articulo require supra. Octauus articulus Ad quid xp̄s fuit natus. Et ꝺ̄i cōiter a sanctis & doctoribus theologie q̄ ad reconciliā ꝺ̄d genus hūanū ꝺo q̄ ab ipso p ī cōtinētiā discesserat. Ad quā reconciliationē faciendā. xp̄s fuit legatus sufficiēs dupliciter rōne. ℙria q̄ inueterata inimicitia nō pōt bene reduci nisi p cōtractū parentele i qua pax firmet & solidet Et q̄ discordia maxima erat. & cōcordia tractanda erat inter parentes: factū ē cōiugiū iter partes. ſ. humanitatis nr̄e q̄ fuit despōsata v̄bo ꝺ̄no Et q̄ hec copula ē oīo indissolubilis. & ſ. perabilis. facta ē firma & stabilis pax inter deū hoīez 2ª q̄ nullus ē sufficiēs ad ponē ꝺ̄d iter ꝺ̄i cordes cōcordiā & pacē. ſ. sit trinus⁹ ꝑtis ꝑticeps. ꝛz si ꝑticipat equaliter cū ꝺ̄obus. tūc sufficiēs est & idoneus Et q̄ xp̄s fuit de gñere ꝺ̄no ꝑm superiorē nām. De gñere hūano ꝑm inferiorē. Ideo fuit aptus & cōuenies mediator. Jō ꝺicit apostolus eph. 2º. ipse. n. est pax nr̄a q̄ fecit vtraq̄z vnū. & medium parietē macerie soluens: soluēs inimicitias in carne sua. q̄: sicut lapis angularis connectit vtrāq̄z parietem ita ipse cōfederauit vtrāq̄z nām in suc natiuitatis sacramēto. Jsta aūt cōfederatio fuit facta in xp̄i ortu. quātū ad ortū in vtero beate virginis. qd̄ declarat ꝓpheta. p̄s. ꝺ. ℳisericordia & veritas obuiauerūt sibi. Jus. & p. o. sunt veritas de. or. est & Justus de celo ꝓspexit Ad cuius intelligētiā est notandū. q̄ ꝺ̄d. hic describit quatuor veritates quasi quatuor aduocatos in litē generis humani cū deo solēpnissime caussidicantes in curia sūmi regis sicut solet causidicari inter ꝺ̄os & ꝛcruuz in curia ipsius ꝺ̄i q̄ ꝺ̄s obicit ei crimen lese maiestatis. Jta q̄ iustitia & veritas erāt ex pte dei homine ſcruū accu antes. ℳisericordia & pax erāt ex pte hois. ipsū excusātes. Et ꝑz istos quatuor aduocatos formātur hic quatuor passus. ℙrimus fuit v̄itatis ꝺi. ℙrim⁹ hō trāsgrediēdo ꝓceptū ꝺ̄i sui peccauit mortaliter cū oi posteritate sua Et i eo q̄ fuit rebellis ꝺo incurrit crimē lese maiestatis. Secūdus fuit Justicie ꝺi. q. v̄itas dicit & bñ q̄ totū gen⁹ hūanū peccāuit mortaliter & incurrit crimē lese maiestatis Et iō iuste amittit hereditatem suā tanq̄ contumax. Et sic debet puniri ꝛternaliter. q̄ q̄to offensus sublimior tanto pena grauior Et q̄ deus est sūmū bonū & infinitus g⁹. &c. Tertius fuit misericordie. ꝺi. Dis pater naturaliter inclinatur ad miserēdū filiis. q̄ sunt ymago eius. & caro. Et cum homo sit ymago ꝺei. & ad similitudinem eius factus .gen. p⁹ faciamus hominez ad ymaginē & similitudinem nr̄am. g⁹. deus

debet eius misereri. Et tūc fuit ibi allegata humana infirmitas. Et sic humanum genus nō debet dāpnari Et si deus misereretur oīum. & nihil odit eoꝝ q̄ fecit. singulariter homini penitēti debz miseri. q̄ magis imitatur ipsum. Quartus fuit pacis. ꝺi. Nullus bonus ꝑnceps debet ciuitatē suam dimittere diminutam & infectam: cum ipsam possit ꝑficere & integrare. Et q̄ superna ciuitas per ruinā angelorum diminuta fuit Jdcirco deus q̄ est optimus ꝑnceps ꝺs cā ꝑm exigentiaz clementie re integrare perfectis spiritib⁹. Et q̄ talis reparatio non pōt fieri de. angelis cum pace. Cum inter permanentes & ruētes angelos sit impar voluntas. Jccirco cōuenit vt homo reconciliet & ciuitas reparetur. Et istis quatuor arguentibus & sibi apponētibus pependit causa in curia ſummi regis per ānos quinqz milia. q̄ iustitia erat contra pacem. & veritas contra misericordiaz. Quā discessionē aduertēs diuina potestas. nō declinās ad dexteraz nec ad sinistrā. misit v̄bum suum in carnē humanā ꝑm illud ꝓphete. p̄s. ℳisit verbum suum & sanauit eos. In qua missiōe iste quatuor virtutes. conuenerunt in eo. Et sic fuit conclusio incepta in xp̄i, incarnatione. & terminata in eius passione. In qua iste virtutes sibi inuicem occurentes obscultate sunt. & pacificate. vt dicit ꝓphe-
Octauuz q medicus nō bene pōt egritudinis sine pena curare quod declaratur quadrupliciter. Primo infebribus quarum medicina est arta dieta. Secundo i tumoribus quorū medicina est incisio violenta. Tertio in vulneribus quarū medicina ē absterso nossia. Quarto i potitionibus quarū medicina est scrupus vel tiriacha amarissima. Et sic ois egritudo spūalis curatur per temporales penas. ad Ro. viij. extimo enim q nō sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis. Nonū q medicus debet corpus infirmi artificiose purgare. quod fit quadrupliciter.

¶Primo cuomendo per prouocationē.

¶Secundo emittendo per potionē.

¶Tertio a mittendo per diminutionem.

¶Quarto cauterio per abscisionem. Et sic purgatur spūaliter. Decio cuomēdo p verā ꝺfessionē. Jac. v. ca. Cōfitemini alterutrū petā vīa ⁊ orate p inuicē vt saluemini. Secōo emittēdo p verā cōtritionē p̄s. Dixi cōfitebor aduersum me i iusticiaz meā dñe ⁊ tu remisisti i pietatem peti mei.

Tertio amittēdo p elemosinaz largitionē. eccl. 3 ca. Jgnē ardētē extinguit aq ⁊ elemosina resistit petis. Quarto cauterio .i. p icisionē p iciuniū oronē flagellationē Balat. v. ca. Qui xp̄i sunt carnē suā cruci fixerūt cū vitijs ⁊ cōcupiscētijs. p quoz cō cor^a dr Mdalachie. 3. ca. Et sedebit cōflās ⁊ emūdās argētū ⁊ purgabit filios leui. ⁊ colabit eos quasi aurū ⁊ qñ argētuz ⁊ cet dño offerētes sacrificia iusta. Secm q

medicus debet ſucceſſiue remedia adhibe re vt egrotāte ⁊ nō repente. Sic ſpūaliter debent petōres induci ad pūium gradatiz in cuiꝰ figura dr.ꝛ: Re.3°.ca.q̄ domus ſaul erat decreſcens ⁊ domus dauid ꝓficiēs in de.d. apoſtolus.pc. Cor.2.ca. Nō in ꝑſuaſionibus hūane ſapie verbis ſed in oſtēſione gſe.⁊.ca.3°.d. Lāquā parulis in xpō lac potū vobis dedi ſi eſcā. Undeciᵐ q̄ medicus dz ſign a mortis p̄uidere ⁊ egrotā ti indicare. vt egrotus ſe p̄paret: ⁊ diſponat Sic ſpūalis medicus dz p̄dicere pre ſagia mortis petōribus vt valeant ſe diſpo nere. Sūt aūt q̄tuor ſigⁿ ſpūalia. ℙrimuz eſt. qz̄ infirmus nō ſentit. qz tūc nā eſt mor tificata. Scōm. qz̄ nō erubeſcit. Terᵐ qz̄ nō cognoſcit. Quartū. qz̄ eſt frenetici cus. Et ſic é ſpūaliter i petōrib⁹. ℙrimū é. qz̄ ñ curat de ſpūalib⁹. Scōz. qz̄ nō cō fundit correptus. Tertiū. qz̄ deſpicit ſe corrigēte. Quartū. qz̄ p̄ſupponit ſpūalia tpalib⁹. Ez. viij. c. Cū vniuerſa hec dete ſtāda fuerit morte morieᵉ ſanguis eiꝰ i ipō erit. Duodeciᵐ qz medicꝰ dz ſigⁿ vite anūtiaᵉ. vñ egrotꝰ citiꝰ ſibaᵉ ⁊ ſūt q̄tuor.

ℙrimū é. qz̄ egritudo remittit. Scōz qz̄ nā iuuaᵉ. Tertiū. qz̄ mā egritudis ꝺi gerit. Quarᵐ. qz̄ cā egritudis expellit. ſili ter ſūt q̄tuor ſigⁿ vite ſpūalr in petōre pēite te. ℙrimū é. qz̄ petōr cedit ptō. Scōm qz̄ volūtas firmat i ceſſiōe. ¶ Tertiū. qz̄ ꝓſiderat offēſā i quē offēdit. Quartū. qz̄ ſtatꝰ peti oio ſibi diſplicet Ezechiel. 18. Si ipiꝰ egerit pniaz ab oib⁹ p̄tis ſuis q̄ opa tꝰ é. oiuz iuſtificatū eiꝰ q̄s opatꝰ é ñ recorda bor i iuſtiⁿ ſua q̄ opatus é viuet. In cuiꝰ figura. d. apls. Cor. pc. 12. ca. Cū eſſez parꝫ uulus loq̄bar vt parulus ſapiebā vt parulus cogitabā vt parulus. qz̄ aūt factꝰ ſum vir euacuaui q̄ erāt paruuli. Iſta tᵐ docuīta decet nos ſpūalis medicus. b. lucas i ſuis ſcripturis pp q̄. d. ſapiens. eccl. 38. c. Honora medicū pp neceſſitatē enim illū creauit altiſſimꝰ. ſ. ad uſuz vtilitatē ꝛc.

¶ Sermo in feſto omnium ſanctorum.

Jdens ieſus turbas aſcendit in montez. Matth. v. ca. Apls. d. Eph. 3. Flecto genua mā ad pa trē dñi nri ieſu xpi. Ex q̄ oīs pa

poſſe duhium ſpōnſum intulerūt cātādo ietiſſime. Gloria in excelſis deo: ⁊ in terra pax hoībus bone voluntatis. Luc. 2. capi. De cuius oppoſito iritātur. Ie. 33. Ange li pacis amare flebūt. ſ. cū viderint diſcor dias. Et q̄z filius dei venit in hūc mūdū vt pacē faceret inter dñm ⁊ hoīem inter an gelū ⁊ hoīem inter hoīem ⁊ hoīem: ō ipſi angeli ⁊ glibet q̄ tale affectum exercet filiꝰ dei vocāt. Tertius eſt ſcōꝝ innocentiuz. Quoꝝ iſtā innocentiā p̄ mititatē ⁊ māſue tudinē demōſtrāt de q̄bus in cuiꝰ dicitur. Bti mites q̄m ipſi poſſidūt terrā. Mitis é ille ſm gloſaz q̄ē amaritudo nō efficit rā cor vel ira nō deicit: nō nocet alteri nec no cere intendit. Dō recte cōpetit innocētibuſ. Mā innocēs quaſi nullus nocēs dr. De q̄ bus ꝓpha. ps. xxxvi. Adeᵗ°. xi°. Mānſueti aūt hereditabunt terrā. ⁊ q̄ ſit illa denotat .d. ps ℙotio mea dñe ſit in terrā viuen tium. Iſtū chorꝝ regit ⁊ gubernat regina virginū. Que ſuo exēplo oēm in mūditiā ⁊ carnis in puditiā ſpernunt bti. qz ipſa eſt q̄ neſciunt thorꝝ iudicio hēbit fructū i re ſpectione aiam ſcāꝝ. ſaⁿ. 3. ℙrerogatiua aūt huius chori eſt p̄e oibuſ ſcis. qz ſequunt agnuz quocūq; ierit. Apoc. xiij. Qui igit̄ volunt in iſto choro xp̄m ſequi debent tri plicē ſtatum habere

¶ ℙrio puritatis ⁊ mūditie cū virginib⁹.
¶ Scōdo trāquillitaᵗ ⁊ ꝺcordie cū āgelis.
¶ Tertio māſuetudinis ⁊ innocētie cū in nocentibus. Et iō ab iſto choro excluduntur.
¶ ℙrimo luxurioſi munditiā inficientes.
¶ Scōo cōtumelioſi ꝺcordiā diſrūpētes.
¶ Tertio malitioſi innocentiā opprimētes.

Scōus chorus eſt pkarcharū q̄bus i fu it pietas ⁊ mia. Et ꝓphaꝝ q̄bꝰ i fuit virtuſ ⁊ iuſtiⁿ. ⁊ anachoritaꝝ q̄bꝰ i fuit auſteritaſ ⁊ pnia. ℙrius eſt ordo pkarchaꝝ. q̄ fue rūt viri religioſi i vita ſua pkes ꝓphaꝝ ⁊ ꝓmpti. ⁊ i ꝓmiſſiōib⁹ virtuſi: fide p̄clari. obia git ſūmꝰ pātriarchaꝝ abraā. pf fidei nre. gñ. ad iuſtitiā. De q̄bus in cuiꝰ dr. bti miſeri cordes q̄m ipſi miſericordiā ꝺſequēt. Sz duplex eſt miſericordia. ℙria q̄ ſub ve

nit alterius indigētie. que minuēdo penaz in indigētiā ꝓximi merēt ꝓprie pene di minutionē. Scōa é i ꝓpaſſiōe alteriꝰ mi ſericordie. q̄ cōpatit infirmitatibus ⁊ idigē tiis viſcerosa ꝓpaſſiōe. vbi nō pōt manuz adiutricē porrigē. eccl. 29. Cōclude eleoſi nā i corde paupis ⁊ hec ꝓ te exorabit ⁊ li berabit ab oi malo. ⁊ q̄z ſci pkarᵉ ⁊ ꝓphe ⁊ anachorite fuerūt viri miſericordie ⁊ pietaᵗ iō miſericordiā ſūt ꝓſecuti i diminutōe pene ⁊ adeptiōe glie. puer. xx. Qui ꝓnus eſt ad miſericordiā bñdicē ō pāt⁹. n. ſuſſ dōit pau pib⁹. Scōs ordo iſtiꝰ chori é ꝓphaꝝ cū qb⁹ locutꝰ é deꝰ q̄ ⁊ aſſidua meditatione mortꝫ itrepidi fuerūt. ⁊ i perſecutiōe ſtrenui. Matth. 23. Jeruꝫ Jeruꝫ q̄ occidis ꝓphas ⁊ lapidas eos q̄ ad te miſſi ſūt q̄tiēs volui ꝛ gregare filios tuos. ſ. p eos ⁊ noluiſti: iō p ſecuta es eos. ⁊ iō. d. cuaⁿ. bti q̄ pſecutōez patiūtur pp iuſtitiā q̄m ipoꝝ é regᵐ celoꝝ ⁊ iō. d. b. p pc. pe. 3°. Si q̄d patimini pp iu ſtitiā bti ſimorē aūt eoꝝ ne timueritē vt ſi ꝓturbēmi. ꝛc. Et q̄z i hac vita iuſtitiā ſūt ſe cuti. iō i p̄ſia cadē ſūt remūcrati. ſaꝑ v. Ac cipiēt iuſti regnū decoris ⁊ diadema ſpē de manu dñi. Iſtū regit ꝓpha dauid dc q̄. d. Jero. i. ꝓlogo ſr yſay. q̄ ñ ſolū ꝓpha ſz cuāge⁸ dñdus é. Jta enī vniuerſa rᵗ acta ce ter aqz cū iuſtiⁿ ad loq̄ndū ꝓſecutꝰ é. vt ſi putes cū diſturovaticiari ſz de p̄ſti hiſto riā teriſſe. Tertiꝰ ordo iſtiꝰ chori ſunt anachorite. q̄ ciboꝝ diuitias ſpnētes pōpaſ ſeli calcātes multē virtutib⁹ ⁊ ꝓdigijs floru iſſe ꝓbāᵗ. Iſtū ordinē regit Jo. bap. q̄ viā dño ꝑparauit i herco. luc. pᵒ Ipſe ꝓcedet aū illū i ſpū ⁊ virtute helye. ad hūc ordinē re ducūᵗ oēs regulares mūdi ꝑticᵐ reliquē tes ⁊ ad heremū religiōſi cōuolātes. ꝓpa ⁊ alioꝝ crimia ō plorātes Jocꝫ: Interuciti bulā ⁊ altaꝫ plorabāt ſacerdotes miſtri dñi dñtes. pce dñe pce populo tuo matth. v. c. bti q̄ lugēt q̄m ipſi ꝺſolabūᵗ. Viri aūt religio ſi anacoriti quinq; de cauſis plorāt.

¶ ℙrima pp peccata ꝓpa.
¶ Scōa pp petā alīena.
¶ Tertia ꝓ in colatu huius miſerie.
¶ Quarto pdoubio ⁊ periculo perpetue pene.

Quinto ꝓ dilatione ꝑmie glorie. Et sic ꝓ contrario cōsolabuntur. ℙrimo ꝓp ꝓpriorū peccatorū remissionem. Secūdo ꝓp ꝓximorū salutem. Tertio ꝓp etiā liberationē. Quarto ꝓp gehēne euasionē

Quinto ꝓp future gl̄orie adeptionem.

Et ideo quilibet eorum rpō .d.cū ꝓpheta ꝙs. Secundū multitudinem dolorū meorū in corde mō.consolationes tue letificauerūt aiam meā. Ad cuius vocē istū chorum seq̄ rp̄m in ipō imitari oportet triplicē uirtutē hīe ℙrima cū pītia ehis pietatis ⁊ misericordie. Secūda cū ꝓphetis veritatē ⁊ iustitie. Tertia cū angelis austeritatis ⁊ pnie. Et ideo ab isto choro excludūt. ℙrio ipī ⁊ duri. Eccle siastici tertio capi. Cor durum male sustinebit in extremo. vbi bernardus. Cor durum est quod nec ꝓpitiatione scinditur nec pietate mollitur nec precibus mouetur. ingratum est ad beneficia iucrecūdum ad turpia in promptum ad pericula seuum ad iudicia. Quid est hoc cor quod nec deum timet nec homines reueret. Sēdo falsi detractores ⁊ inuidi ℙieron. in epla ad Nepotianū. Laue nec alios detrahas: nec alios audias detractores: cēqñ cuncta que aduersus alios loqueris propria sibi iudicaueris. Tertio. cōmissores ⁊ pōpatici philip. 3.° Quoꝝ finis interitus quoꝝ deus venter est ⁊ gl̄ia in cōfusione eoꝝ qui terrena sapiunt. Tertius chorus est sanctoꝝ apostoloꝝ: martyrū ⁊ confessoꝝ. q̄ doctores cōprehendunt sub confessoribus. ℙrimus ordo istius chori est apostoloꝝ q̄ fuerunt euangelice paupertatis sectatores dignissimi: de qbus in euangelio. Beati pauperes spiritu qñ ipsorum est regnum celoꝝ. Nō dixit rp̄us simpr ⁊ absolute. Beati pauperes: ꝙs cum determinatiōe. s. spū: qñ non oēs pauperes beatificant. Est.n. pauptas triplex. ℙria voluntaria. que est laudabilis. s. rp̄i apostoloꝝ ⁊ pauperū. De qbus ad athet. xix. Si vis perfectus esse vade. ⁊ vende oīa que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis thesaurū in celo: ⁊ veni sequere me. Secunda coacta. s. pauperies que est tolerabilis. De qua d. Thobias filio suo. Thobie. 4. Quomō poteris: ita esto misericors. q.d. de paupertate tua bene fac. ideo sequit. Si ex quo tibi fuerit: etiā exiguū libenter impertire.

Tertia simulata: que est detestabilis q̄ est cū ipocrisi. ad athei. xxiii. Ue vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite q̄ decimatis mentā ⁊ anetū ⁊ cyminū ⁊ relinquitis que grauiora sunt. Legē: iudicium. ⁊ misericordiā: ⁊ fidē. Et infra ypocrite q̄ mundatis qđ deforis est calicis intus aūt plenī estis rapina ⁊ immundicia. De ꝓma .s. laudabili dicē Jac. 2.° Nonne deus elegit pauperes ihēc mundo diuites in fide: ⁊ heredes regni qđ repromisit deus diligentibus se. Beati ergo pauperes spiritu ⁊ vere beati qñ pauperes. tria bona facit. ℙrimo. facit hominem habilē ad sequendū rp̄m. Ideo ꝙ se ⁊ similibus. d.p. ad athei. xix. Ecce nos reliquimus oīa: ⁊ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis.. Secundo facit hominez abilē ad intrandū in paradisum. ꝙs a suo cōtrario. ad athei. xix. Facilius est camelluz ꝑ foramen acus transire quā diuit eꝝ intrare in regnū celoꝝ. Qđ nō intelligit de omnib⁹ diuitibus: sed de possidētibus ꝑ inordinatū affectū. Tertio facit hominez abilē ad emendū regnū eternū. ad ath. xix. Oīs q̄ reliquerit domū vel fratres: aut sorores: aut pfez: aut mrez: aut vxorē aut filios: aut agros ꝓp nomen meū centupluz accipiet: ⁊ vitā eternā possidebit. Vbi Augu. in persona rp̄i. d. Tienale aliqđ habeo. pauptate regnū. labore requiē. vtilitate gl̄oriā: morte vitā. Istū ordinez regit rp̄s q̄ pauptatez regiā apostoloꝝ ⁊ verbo docuit exēplo mōstrauit. verbo. ad athei. xix. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesaurū in celo: ⁊ veni sequere me. Exēplo. Luc. ix. Vulpes foueas hīt ⁊ volucres celi nidos. filius autē hois nō hz vbi caput suū reclinet.

Secundus ordo istius chori est sanctoꝝ martyrū q̄ plantauerūt ecclīam sanguine suo in qbus viguit ardentissima caritas. q̄ matorē caritatē nemo hz: vt aiam suā ponat qs ꝓ amicis suis. Jo. xv. de qbus in euāgelio. Beati eritis cū maledixerint vobis homines ⁊ ꝑsecuti vos fuerint ⁊ dixerint.

Omne malum aduersum vos mentientes ꝓp me. s. in odiū mei. Ideo sequitur. Gaudete ⁊ exultate: qñ merces vestra copiosa est in celis. De q̄ mercede. vi. dicūs ad habenā. ꝙs. xv. Noli flere habenā. Ego ꝓtector tuus sū. ⁊ merces .ua mag' nimis. Jō Aug. loquens de mercede sanctorum. xxii. libro de ciui. dei. ca. vltimo. Replicās verbū ꝓphe. ꝙs. c. xvii. Ego ero illorum deus ⁊ ipi erūt mihi plebs. d. vbi ego ero. vī sanctus ego ero quecunque ab hominibus desiderāt. s. vita ⁊ salus: victus ⁊ copia: gloria ⁊ honor: pax ⁊ oīa bona. Et sic intelligitur illō apostoli. Roma. xi. In ipso sunt oīa. q̄ ipse erit finis desideriorum nostrorum: qui sine fine videbitur ⁊ sine fatigatiōe laudabitur. Istum ordinem regit beā. Stephanus ꝓthomartyr plenus gratia ⁊ fortitudine faciebat prodigia ⁊ signa magna in populo. Actuum. vi. Tertius ordo istius chori est sanctorum confessorum ⁊ doctoruz. hi sunt viri sancti: quoruz doctrina fulget ecclesia: vt sol ⁊ luna. qui in se habuerunt lucidam veritatem. De qbus in euangelio. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiam. qñ ipsi saturabuntur. Justitiam sitire ⁊ esurire est cū cordis desiderio alios docere. Sāncti vero confessores ⁊ doctores per veritatem sacre scripture cum magno cordis desiderio viam iustitie alios docuerunt. Nam per eorum doctrinam clare nouimus redere vnicuiq̄ qđ suum est.

ℙrimo. deo cui tria debemus. s. laudē gloriam ⁊ honorem.

Secundo. proximo. cui tria debemus. s. amorem male ablatum ⁊ famam.

Tertio. ꝓprio corpori. cui tria debem⁹ s. munditiam cordi. custodiam ori. disciplinam carni. Et sancti doctores qui, sic iustitiam esurierunt in docēdo dicūtur beati. qñ ipsi saturabuntur. Nam eorum esu

¶ ℙrimo. in intellectu visione.

¶ Secundo. in affectu fruitione.

¶ Tertio. in corpore glorificatione.

¶ Istum ordinem regit beatus Augustin⁹ qui inter doctores eleuatum habuit intellectum. ⁊ precipue circa trinitatem diuina

rum personarum: Sic ergo in isto choro sunt apostoli: martyres ⁊ confessores de qbus ꝙs. p. 2. Vos aūt genus electum regale sacerdotium gens sancta ꝓpls acquisitionis. Qui ergo volunt in isto choro morare oportet eos consistere in triplici statu.

¶ ℙrimo euāgelice paupertatis cū apīis.

¶ Secūdo. feruide caritatis cū martiribꝰ.

¶ Tertio lucide veritatis cum confessoribus. Et ideo ibidem non intrabunt.

¶ ℙrimo diuites superbi

¶ Secundo cupidi auari

¶ Tertio. mēdaces falsi. Isti sunt ergo nouem sanctorum ordines qui cum ꝯpō exultant ad quorum consortium: vt nos admittant. b. Anselmus sic. d. Ama vnum bonum in quo sunt omnia bona ⁊ sufficit: desidera simpler bonum ⁊ satis est qđ est omne bonum. Quid .n. amas caro mea: quid desideras anima mea. ibi. est quid qđ amatis quid quid desideratis. Si delectat pulchritudo fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Si velocitas aut fortitudo corporis cui nihil possit resistere erunt omnes sicut angeli dei. Si longa ⁊ saluberis vita. ibi. ē sana eternitas ⁊ eterna suauitas. qz iusti i ꝓpetuū viuēt si satietas satiabunt cū apparuerit gl̄ia tua dñe. Si melodia. ibi. fiet angelorum chori qui cōcinunt sine fine dō si ebrietas inebriabunt ab vbertate domus dñi. Si quelibet non in munda sed munda voluptas torrente voluptatis sue potabit eos deus. Si sapia ipsa dei sapia ostendet se eis. Si concordia omnibus illis erit vna voluntas. Si potestas omnipotentes erunt sicq̄ poterunt illud quod volēt per ipsum deum. Si honor ⁊ diuitie dens seruos suos bonos ⁊ fideles supra multa bona sua ꝓpter et eos. ymmo filii dei vocabūt. ⁊ erūt vbi erit filius. ibi. ipsi heredes quidē dei coheredes autē rp̄i. Si vera securitas certe. Jta erunt certi q̄ ista nunquā amittent sine certi erunt se non sua potestate hec amissuros gaudium vero quale ⁊ quantum est. vbi tale ac tantum bonum est. qui nobis [illegible] Amen.

¶ Sermo de mortuis

Ꝺi mortuos magnos ⁊ pusillos stantes in cōspectu throni. apoc. 20. capi. Sacra scientia diuinitus inspirata ⁊ naturali philosophia humanitus inuenta in vna conueniunt veritate: que est ex cogitatione mirabilium effectuum surgimus ad causas earundē diligentius inquirendas. Et ideo ꝺ. pbs in p⁹ methaph⁹. q⁹ examinari ceperunt homines philosophari. Et ꝑpba. ps. 118. Mirabilia testimonia tua. i. opa. ideo scrutata est anima mea. Declaratio sermonum. i. illuminat ⁊ intellectū dat paruulis. Et ratio est. q⁹ in cognitione nostra ab imperfecto procedimus ad perfectum. Et ista ergo veritate per vtranq; scientiam approbata sūmitur illud cōmune dictum. s. Ad stupor admirationis materiā suscitat questionis. Sed inter cetera opera que deus fecit ab initio hominem creauit. qui quantum ad eius duplicem statum fuit op⁹ mirabile ⁊ stupendum. quātum. n. ad statum nature integre fuit p⁹ culdubio opus mirabile: ⁊ stupendum pro eo potissime. q⁹ ad imaginem ꝺei factus: clara scientia predictus delitijs ineplicabilibus potitus ⁊ omnium creaturarum: ⁊ reptilium dominus constitutus. Qua propter stupefactus propha ex tot prerogatiuis ⁊ excellentijs motus est ad querendum. ꝺi. ꝑs. viij. metro. v. Quid ē homo q⁹ memor es ei⁹: aut fi. ho. quo visi. cum. s. formando eum in propria humilitudine. Et sequitur. Minuisti eum paulominus ab angelis. s. ipsum illustrando plenitudine scientie: gloria ⁊ honore coronasti eum. s. collocando ipsum in paradisi dulcedine ⁊ constituisti eum super opera manuum tuarum s. ipsum extollendo. i dominī celsitudine. Et q⁹ tanti beneficij extitit ingratus in magnā decidit calamitatē. Quod considerans idem propheta ꝺi. ꝑs. Homo cum in honore esset non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus: ⁊ similis factus est illis s. Quando tanta dignitas fuit multiplici vitio detur pata. Ꝛ ā mentis serenitas fuit ignorantie nubilo obscurata. Ꝛ anta delitiositas fuit peuali tedio agrauata. Et tanta domini sublimitas fuit mortis excidio lchinata. Et q⁹ ista duo sic contraria vicinitatem maximam habuerunt. Quia post breuem mortalem de summa glorie sublimitate transiuit ad tantam miseriam ⁊ calamitatē. Ideo sanctus Job stupefactus. De ipso. ꝺ. Job. xiiij. capi. Homo cuz mortuus fuerit denudatus: atque consumptus. vbi queso est. Termini enim sunt hic oppositi a primis. Que q̄stio de terminis ita mutatis a primis fuit multum dubitabilis ⁊ protensa apud antiquos. Qui fuit propter quatuor terminos quos continet quibus quatuor opiniones erronee quas habebant antiqui de morte hominis correspondēt. Prima opinio erronea fuit Platonis. quam recitat Augu. libro. x. de ciui. ca. xiij. Qui cum suis sequacibus posuit animam transire de corpore in corpus. Et animam humanam resolui aliquando ad corpora animalium. ⁊ iō in questione ponitur. Homo cum mortu⁹ fuerit. Difficultas magna oritur vbi est.

Secunda fuit Aucrois. qui cuz suis sequacibus posuit vnum intellectum in omnibus: ⁊ sm hoc non potuit saluare qualiter post hanc vitaz diuersis meritis diuersa premia responderent. ⁊ ideo cum in questione sequitur denudatus atq; cōsumpt⁹ carne mortali. in qua. s. quilibet potest mereri. Oritur difficultas. s. vbi est. ⁊ quale sibi gaudiū correspondet. Tertia fuit epicurij ⁊ saduceorum. qui non credebant resurrectionem. sed dicunt animam cum corpore mori. Ideo cum in questione ponitur atque consumptus. Oritur difficultas. vbi queso est. Quarta fuit quorūdam qui dixerunt ecclesiam non posse iuuare ōfūctos Et ideo negant purgatorium post hanc vitam. ⁊ q⁹ aliqui decedunt in caritate q⁹ debetur regnum paradisi: ⁊ tamen nō sūt totaliter purgati ⁊ perfecti. vnde statiz nō possunt intrare illam ciuitatē celestē Hyerusalem: in qua nihil coinquinatū intrare potest. patet apoca. xxi ca. Nec etiam merentur perpetuo recludi in carcere infernali cum sint in gratia. Ideo propter tales dicitur infine questionis. vbi queso est. Hanc itaq; questionē ⁊ errores circa eam

contingentes. b. Jo. cuzgē. diuinorum confectus secretorum in verbis propositis soluit. ꝺ. Audi mortuos. ma. ⁊ pu. In qua solutione ponitur. Primo. repugnantia termino⁹: vt excludat primus error Platonis de animarum circulationez. Joi vi di mortuos. Secundo. asseritur differētia meritorum. vt destruatur secundus error Aucrois de vna oīum informatione. ibi. ma. ⁊ pu. Tertio. defectus repellitur mortuo⁹. vt excludatur. Tertius error Epicuri ⁊ saduceorum de animę corruptione. ibi. stantes. q⁹. n. omnino est corruptuz nullo modo stat. Quarto. indigentia expetitur suffragiorum. Contra 4^m errorē s. eorum qui dicunt ecclias non posse iuuare defunctos ⁊ purgatorij negationem. ibi in conspectu throni. Nam illi qui mouent in circuitu throni. sicut. ꝺ. b. Diony. li⁹. de angelica yerar. sunt dīm feliciter contēplantes. Sed qui stant in conspectu throni sūt misericordiam expectantes. In istis itaq; verbis sic ad nostrum propositum adaptatis. Primo matris ecclesie compassio describitur cum aspicitur temporale supplicium filiorum. ibi. vidi mortuos. Secūdo. humane vite electio contenditur. dum omne generale excidiuz vniuerso predicit. ibi. ma. ⁊ pu. Tertio mētis nostre tepidatio inuitur dum penale exilium conspicitur purgandorum. ibi stantes. scilicet in exilio purgatorij. Quarto. nobis magna consolatio opponitur dum attenditur subsidium electorum. ibi. in conspectu agni. s. misericordie. ⁊ gratie. vbi omnes electi aduocant pro ipsis. Debreorum quarto ca. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie. vt misericordiā consequamur ⁊ gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

Sed notandum q⁹ nostra intentio non est loqui de mortuis qui sunt in inferno. q⁹ de quolibet eorum. ꝺ. scā mater ecclesia per prophetam. ꝑs. Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Nec de his qui sunt in paradiso. quia dicit Bregori⁹ super primo Job. vii. cap. Nec aspicict me visus hominis. visus est misericordia redē ptoris que post mortem nemīnem liberat quem ante mortem gratia adiuuetam non reformat. Est itaq; presens intentio de illis mortuis loqui solum qui in purgatorio temporaliter emendantur. de q⁹ius sancta mater ecclesia dicit. Audi mortuos. ⁊ cc. s. ocu lo compassionis ⁊ in persona ecclesie. dicit propheta Baruch. 3°. c. Dñe omnipotēs deus yſrl audi nunc orationem mortuorum yſrl. ⁊ filiorum ipsorum. q⁹ peccauerūt ante te. In quib⁹ verbis sancta mater ecclesia.

Primo. diuinam captat benuolentiā ex summe dignitatis predicatione. ibi. Domine omnipotens deus yſrael. Secundo. in mensam flagitat clementiam cum summe humilitatis suspirio. ibi. Audi nūc orationē. Tertio. extremā allegat indigētiā quasi non possit proprio auxiliari subsidio ibi. mortuos. ⁊ fi. ip. Quarto. declarat prōptam esse iustitiam qua tanto puniuntur supplicio. ibi. quia peccauerūt ante te. Auctoritates ꝓsecutionem omitto causa brevitatis. sed vna figura adducitur ad propositum que habetur secundi Regum. xiiij. c. Ubi dicitur q⁹ postq̄ Absolō occidit fratrem suum Amon propter incestum sororis sue ⁊ Dauid fuisset cum longo tempore persecutus. Joab misit tecuaz ⁊ vocauit mulierem sapientem. vt ipsa mediante ad patris gratiam filium reuocaret. Et instruxit eam dicens. Lugere te simula ⁊ induere veste lugubri. ⁊ ne ungaris oleoz sis sis q̄si mulier plurimo iam tempore lugens mortuum ⁊ ingredieris ad regem. ⁊c. vsque. ibi. que non reuertuntur. Sed notandum q⁹ Joab interpretatur de patre vel ex patre ⁊ significat spiritum sanctū.

Qui cum sit consolator potest dici pater orphanorum. ⁊ princeps viduarum. Ebreca interpretatur Juba vel Bucina: vel Sonitus. Et significat sanctam ecclesiam que patiens est dum mala presentis vite equanimiter tollerat semetipsam macerans per predicationem omnes ad celestem patriam vocat. Dauid manu fortis interpretatur. ⁊ decorus aspectu. ⁊ signifi

Sermo de mortuis 177

Serm patrem a fortitudine manus suę in presenti electos suos protegit ⁊ ad aspectum suę pulchritudinis introducit.

Et ponitur in ista figura ex parte sancte matris ecclesie. ¶Primo digne preparato perfecte sanctitatis ibi. lugere te simula ⁊ indicere veste lugubri ⁊ ne ungaris oleo ut sis q̄si mulier tam plurimo tempore lugēs mortuū ⁊ ingredieris ad regē ⁊ loq̄ris ad eū sermones huiusce modi. Secū do grata supplicatio vere hūilitatis. ibi. vita q̄: cū ingressa fuisset mulier thecuites ad regē cecidit coram eo sup terram ⁊ adorauit ⁊ dixit serua mea rex. Tertio prudens explicatio ꝓprie necessitatis. ibi. heu mulier vidua ego sum. mortuus est. n. vir meus ⁊ duo fuerunt filii mei. ⁊ ecce ille tunc erāt duo filii q rixati sūt ad invicē in agro nullus que erat qui eos ꝓhibere posset ⁊ percussit alter alterū ⁊ interfecit eū ⁊ ecce cūctus furgens vniuersa cognatio aduersum ancillā tuā. dixit trade eū q̄ percussit fratrem suū vt occidamus eū pro anima fratris sui quē interfecit ⁊ deleamus heredem ⁊ q̄runt extinguere scintillam meā q̄ relicta est vt non supsit viro mō nomē ⁊ reliqe sup terram. Quarto cōgrua adaptatio nostre visitatis. ibi. quare cogitasti huiusce modi rem cōtra populum dei. ⁊ locut⁹ es rex verbum istud vt peccet ⁊ non reducat eiectum suum. omēs morimur ⁊ quasi aqua dilabimur in terram que non reuertuntur.

Circa primum p ioab intelligitur spūs s. qui sanctā ecclesiam instruit. d. lugere te simula ⁊c. Et instruit eam pro tanto q̄: sicut dicit. Bre. libro. li⁹ moralium. ca⁹. xliii. Ut ad pacem sine macula facies lauctur ante orationis tempora semper dz solicite conspici quidqd pōt in oratione reprobari.

Sunt autem quatuor exptc ordōnē facientis pp q̄ pōt oro reprobari. ¶Primū ē si non sit humilitas in mō. Et iō spūs scūs ecclesiam ortatur. di. lugere te simula ⁊ce. Usq̄ mortuū. Iste luctus sācte matris ecclesie quem asserit hodie ꝓ fidelibus videri simulatus pp vicinitatem ymo pp impossibilitatem quā hz cum gaudio precedēte. ¶Ista illud Ro. ii. ca. Gaudere cum gaudentibus ⁊ flere cum flentibus. Secundz gratuita est mater ecclia cū omnibus sanctis ⁊ hodie velle flere cum flentibus. videtur luctus simulatus. Secundum si non sit benigna gratias in voto. ⁊ ideo hortatur spiritus sanctus. vt assumat habitum viduitatis q̄ ē testis amoris ad sponsum. d. In duc. te. ve. lugu. ⁊c. Tertium si nō sit indigēta rei postulande. ⁊ ideo ortat spūs scūs vt ecclesia abstinat a se omnes carnales delectationes. d. ⁊ ne. vii. oleo ⁊c. Quartum si nō sit cōfidentia apud eum quē rogat. ⁊ ideo dat ei anulum fidelitatis. di. ⁊ sic ingre. ad re. ⁊c. Usq̄ sermones huiusce modi. Hec autem dicta libenter facit scā mater ecclesia vt ꝓ filius possit vemā impetrare. Circa scām. s. vere humilitatis grata supplica⁹. Est notandū q̄ apud deū. tantū est grata ⁊ accepta alicuius deprecatio. quātum est ei grata offerentis cōuersatio. gn. iii. capi. ¶Respexit deus. ad abel. s. p⁹. Et ad munera eius. s. fo. vnde Bre. in pastoralis. Talis requirendus est ad orandum qui sit idoneus ad deprecandū. q: cum his qui displicet ad intercedendum mēris. trati iudicis animus ad deteriora prouocatur. Hoc autem ecclesia cum confidentia facere nō potuisset si consilium Joab. i. spiritus sci nō audiuisset Bre. 4. li⁹ dialogor. c 14. Diffidit mens accipere quod per orationez petit: que profecto remisit vel sese fecisse quod diuinitus audit. Et notandum q̄ tanta est matris ad filios dilectio naturalis vt interdum si pater iratus percutiat: mater super eum se prohicit: ⁊ ictus quos filius recipere mater in se ipsa recipit. Et sic assimilat hodie sancta mater ecclesia. s. vniuersitas fidelium se afflixit sic vt motus pater misericordia ⁊ pietate cesset percutere filios ecclesie qui sunt scilicet fidelium anime qui in purgatorio sunt. Circa tertium. scilicet prudens explicatio proprie necessitatis. ibi. heu mulier. ⁊c. Est notādum quod sancta mater ecclesia allegat quatuor pro suis filiis in purgatorio existentibus contra quatuor que patiuntur in comoda.

¶Primo. quia fideles videntur captiui dium in purgatorio detinentur. Et ideo allegat ecclesia. di. heu. mu. vi. eg. sum ⁊ mor. est vir meus. q. d. Ecce ille ꝑtim ꝓ eis datū ē. q: vir me⁹. i. xp̄s iesus ꝓ eis est mortuus: ⁊ ego facta sum vidua pp eos. hāc allegationē facit cū offert ōo sacrificiū. vñ Bre. sup p⁹. verbo Luc. xiii⁹. c. Siqs venit ad me. d. singulariter ad oblationē pacionis illius reparatur. ¶Pretium aūt consecutus fuit duplr refutari: vel q: altas debituz. vel q: valoz rei in adequatū. Istud autez ꝑtim fuit indebitū. ⁊ iō sume gratiositatis. Bre. li⁹. xvii. moza. c. xviii. Dñs noster ꝓ nobis soluit mortē indebitā: vt nob mors debita nō noceret. Et istud debitū nō so⁹ adequatū verū ēt excessiuū. Nā gutta vn sanguis iesu xp̄i satisfecisset pro mille mundis redimēdis. Et nihilominus tanta fuit habūdās ⁊ copiosa redēptio. Unū ꝓpheta ps. ixb⁶. metro. 7⁹. Apud dñm misericordia ⁊ copiosa apud eū redēptio. Bernar. Non solū gutta sz sanguis vnda p ser partes corpis eius emanarūt. Scōo. quare putanē supati. q̄diu n̄ coronāt. vñ ecclia allegat. d. ⁊ ancille. t. r. du. fi. ⁊c. Ubi notā dū q̄ sancta mr ecclia. cuius figurā tenuit pro ista muliere illa secundissima rebecha que duos filios habuit. s. Jacob ⁊ Esau. quoz alter potestatē alterius tenuit quē ⁊ ꝑ dñz alterius fecit. Hij duo figurāt homine interiorē ⁊ spiritualē ⁊ exteriorē ⁊ carnalē. Et hij cōtinuo rixādo nec est q̄ diuidere possit qñ hic q sz carnē natus ē ꝓcēd bat illū q sm spūm: non soluz in diuersis suppositis: sz in eodē supposito. Bala. v. c. Caro cōcupiscit aduersus spūm. spūs āt aduersus carnē. Modo āt ecclia rogat ꝓ filio suo. s. vniuersitate fidelium. q̄ credit fratrē suū. i. ꝓpriū corporis p penias mortificasse. Tali. n. victorie est vita eterna in ꝓmiū repromissa. Col. viij. c. Si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. ¶Petit q̄ ecclia pro filio suo coronā vite. q: in ista rixa victor extitit ⁊ fratrē suū. s. corpus carnale p penitētiā edomauit ⁊ mortificauit.

Tertio. q: extimātur cōdamnati: dum grauiter cruciantur. vnde. d. ⁊ ecce consensum ⁊ cognatio. ⁊ce. Est notādū q̄ non ē mirum si vniuersa cognatio fidelium reputat damnatos existentes in purgatorio: si eorum pena confiderat: Quia sicut dicit Augu. libro de vera penitētia. Ille ignis ⁊ si eternus nō sit. tñ miro modo grauis est. Ecce dit. n. omnē penā quāvnq̄ passus est aliqs in hac vita. Nunq̄ in carne inuēta est tanta pena. iz mirabilia, tormēta passi sūt martires. Et cōtra istos allegat mater ecclia q̄ scripta est pro filio suo firma stipulatio: Et notandū q̄ stipulatio ꝑz iura est promissio facta premissa interrogatione. Istud autē vocabulū stipulatio dicitur esse sumptum ex eo. q: antiqtus quādo aliqui duo volebant inter se aliquē cōtractuz firmare ⁊ perpetuo roborare stipulā iter se diuidebāt ⁊ i ppetuū rei memoriā illi⁹ stipule mēdiā p tē qlibz retinebat. Deus itaq̄ ois potēs cū sancta matre ecclia fecit pactuz quando ēs filio suo dispōsauit: q̄ ipsa perpetuo regnaret: ⁊ q̄ filii sui hereditarent in regno dñi nostri iesu xp̄i. Et super hoc scripsit nomē eius in libro vite: ⁊ firmauit hoc firma stipulatiōe. vnde sancte ecclesie dedit gratiā ⁊ sibi retinuit gloriam. Et ideo allegat ecclesia per mulierem sibi esse datā gratiam d. nolunt. extin. sim. s. gratie que relicta est mihi super terrā inquantū docet filios defunctos matris intercessionibus non iuuari. Et perconsequens volunt interficere heredem. vt non supsit no. vi. modo. s. domino iesu xp̄o. De quo nomine dicitur. ysa. lxv. c. Seruos suos vocabit alio nomine: in quo q̄ benedictus est sup terrā: benedicetur alio nomie in deo. Amen.

Quarto. q: arbitrantur desperati. quia tantū retardātur: ⁊ allegat ecclia q̄ data ē bone fidei iussio. q: dicit rex. Ego iubeo ꝓ te ⁊ vi. do. q: nō ca. deca. fi. tu. su. ter. Hāc fidei iussionem quatuor conditiones commēdant. ¶Primo spōdētis sublimatas cuius verbum non debet mutari. q: dicit rex. ⁊ ce. Ecce quam nobilez fidei iussorem habet ecclia in hac parte. Secundo iuris auctoritas. quam non licet abrogari. Ego inquit iubeo pro te. ⁊ce. idest me ꝑz statuo aduocatum. Tertio. iuramenti solēnitas. qō non licet violari. viuet inq̄ dominus. ⁊ ce. Ista solēnitas iuramēti nō ē nisi pacti promissi firmabilitas. Quar

to. totalis ſmunitas quam non licet con
ſenari. q: non ca. d. ca. tc. q. d. licet illa bo
na tñ retardentur tamen ego p:omiſſum
complebo Luc. xi. ca Et capillus de capi
te veſtro nõ peribit q: erit qñ. d. apoſtolus
Phili. 3. ca. Reformabit corpus humilita
tis noſtre cõfiguratũ corpori claritat fue.

Quarto t vltimo cõcludit in hac figu
ra noſtre vtilitatis cõgrua ad aptatio. qa
mulier illa ſapiens cõuertit figurã huiuſ
modi ſermonis ad noſtrã vtilitatẽ. d. oẽs
mori. tc. In quibus verbis mater eccleſia
filios ſuos imperegrinatiõe vite pñtis po
ſitos ſollicitos reddere volens t ſcies. qa
ad hõẽ eſt vtile iugis memoria mortis. dñ
te Jero: faciliter contẽnit oia qui ſe ſemp
cogitat moritur. reducit ad memoriã illaz
ſniam pp q̃ peccatum primi parentis pa
riter oẽs incurrerunt. d. oẽs mori. tc. Ubi
quatuor facit. Primo ſniaz magne la
titudinis t generalitatis. Quia comp:ehẽ
ſiua vniuerſo: ſine exceptione. ibi. oẽs.

Secundo ſniam dure amaritudinis t
calamitatis. q: cõflictiua pcõrum ſine eſti
matione. ibi. morimur. Tertio ſentẽtiã
ſumme recitudinis t equitatis. q: cõſum
ptiua ſingulorum ſine retardatione. ibi. t q̃
ſi aqua. di. ſu. ter. Quarto ſentẽtiaz alte
fortitudinis t auctoritatis. q: terminatiua
merito: ſine reuocatione. ibi. que nõ re
uertitur. Circa primum. f. ſententie ge
neralitatem eſt notandum q: iſta generali
tas debet noſtrã comprimere ſuperbiã. q:
nullus eximitur. q: oẽs. Depoſitio au
tem vniuerſalis nõ terminat niſi in oibus
niſi in aliquo ſingulari inſtantia detur. ſed
in nullo dari poteſt. q: nullũ excipit potẽ
tie dignitas. q: hodie eſt rex t cras morit
hõ. eccl. 10. ca. Rex hodie eſt t cras morit
cũ cuius moritur hõ hereditabit ſerpẽtes.

Non iuuat ſcie claritas. eccl 2. ca. Mo
ritur doctus pariter t indoctus Nec for
titudinis validitas Job. xi. ca. Iſte morit
robuſtus. Nec perſone proſperitas. iob ſu
pra mori. ues t felic. t alius moritur in
amaritud ne aie ſue. Et tamen ſimul oẽs
dormient in puluere t vermes cooperient
eos. Et quantum ad mortem nulla eſt dif
ferentia inter diues t pauperes albos vel
nigros tc. Dicente Auguſtino. nudi na
ſcimur oẽs nudati morimur nulla eſt di
ſtinctio inte cadauera mortuoruz. t certe
niſi. q: forte grauius fetent corpora diuitũ
pp habundãtiã. t q: non põt dari iſtantia
qn oẽs cõp:hendat ſnia generalis q̃rit p
pheta. d. pſ. Quis eſt homo qui viuet t nõ
videbit mortem. quaſi dicat nullus.

Scõo acerbitas ſnie amaritudinis t ca
lamitatis debet nr̃az cõprimere laſciuiã t
ortari ad cõtinentie pparatũ. dicit. n. mori
mur. Mors enim eſt vltimum terribiliuz
t maxime illis quibus potest multum no
cere. ſ. peccatoribus qui dicũt. eccl. 41°. ca.
O mors q̃ amara eſt memoria tua hoi pa
cẽ hñti in ſubſtantijs ſuis viro quieto t cu
ius vie directe ſunt in oibus t adhuc va
lenti accipere cibum. Et rõ eſt. q: ſeparat
conſũta quatuor.

¶ Primo animam a corpore.
¶ Secundo mentem adiutijs.
¶ Tertio carnem adelitijs.
¶ Quarto vitã mundanam acarnalibus
amicis: t ſacra hac ſeperatione tali modo
diuidit iſtas partes.
¶ Primo aiaz tradidit igni t demõib⁹.
¶ Secundo corpus putredini t vermib⁹.
¶ Tertio delitias parentibus.
¶ Quarto lucrũ amicis carnalib⁹. Quas
ſeparatiões ſentiẽs ille pinguiſſimus augꝰ.
p. R. xv. c. Siccine ſeparat amara mors. ber.
O hõ cur te ipſum cõtinue nõ pparas? co
gitãs te morituꝝ quẽ ſcis õ neceſſitate mo
rituꝝ. Diſtingue qualiter oculi vertẽ in
capite vene rũpent in corpore t ipſum cor
ſcindet in dolore. Sed multi hãc memoriã
nõ faciũt. q: credũt eã in delicijs fugere t
euadere. Huius figura pont⁹. Judit. viij. c.
Ubi dr q: ſiſara fugiẽs barach ſe pſequẽ
tem ad mortẽ puenit adiael. vxor hẽ aber ci
nei. q̃ dixit ei. Intra ad me dñe mi ne time
as t recipiẽs cũ operuit palio t apperuit
vtrẽ lactis dedit ſibi bibere. Poſtea tulit
clauum tabernaculi aſſumens pariter mal
leum t abſconſe cũ ſilẽtio poſuit ſupra ti
pus capitis ſiſare dormientis penetrauit q
malleo, defixit in cerebrũ vſq ad terraz q

ſoporem mortis ſotilis deficit t mortuus ẽ.
Siſara interpret exclusio gaudij. Barach.
interpretat fulgur vel pcutiẽs. Jael inter
pretat aſcẽdẽs. Applica vt libet. Bre. vj.
li:mota. ca. vltimo. Nihil urgd ſic adcro
pinãdũ deſideria carnalia. valet q̃m vnus
q̃qz hoc q: diligit vnuã quale ſit mortuũ
peſſet. t ſic cõgnoſcitur ſeparatio a re t corpis
p acerbã ſniam q̃ hz nñam cõprimere la
ſciuiã. Tertio cõtinuitas ſine retardatio
ne recte ſnie dz nr̃am arguere ſuſcipientiã.
q: dicit t quaſi aquã dilabimur ſup terrã
Revera talis eſt noſter defectus qualis eſt
aque fluxus q̃ ſemp tẽdit adima. Aug. nil
hil ẽ aliud pñtis tpis dilatio niſi q̃dã cur
ſus ad mortẽ. In quo nemo vel paululuz
ſtare vel tardius ire pmittit. lz enim aliq̃n
nobis videat q: hoies i honore hui⁹ mũ
di cũ gradu ſublimi currãt tardius ad mõ
tem q̃ ceteri ſimplices q habũdant diuiti
is. fruunt delitijs t oia eis ſuccedũt ad vo
tum tñ ad mortẽ pueniũt cositerdũ. Nu
ius: figura: pont⁹. Jõ. xx. ca. Cu rebãt duo
ſimul t ille altius diſcipulus pcurrit citi⁹
Petro t venit. Primus ad monumentũ
t cũ ſe inclinaſſet vidit lintcamina poſita.
non tñ introiuit. venit ergo ſimõ Petrus
ſequẽs eũ. Et introiuit in monumẽtũ. ap
plica. Sed notandũ q: pp bona tpalia nõ
debemus arbitrari qõ ad mortem tardius
veniamus. quia recte ſicut homines naui
gantes ſiue dormiant ſiue vigilent: vel in
dante fluxu aque ducuntur. ſic reuera fluxu
mortalitatis ducimur inceſſanter Bre
gorius li°. viij. Moralium. capi. ix. Qz tẽ
pus deficiens in deſinenter conſumitur
ad finem nr̃i itineris t geſtẽdo pueniuus
t p curſum nr̃i tranſitus etiã dormientes
imus. Quarto ſnie extremitas t in reuo
cabilitas dz noſtrã pigritiã excutere t or
dari ad bñ operãdũ. q: nullus ide regredi
tur. d. q̃ nõ reuertunt. nullus enim de cõ
lege poſt mortẽ reuertit ad meritorie ope
randũ. Et nõ pcõres deſiderãt viuere ne i
illo ſtatu mortis ſnia ferant. q: ſicut dicit
Bre li°. 8. Moraliũ. c. xiij. Quẽcũq; ſe
mel ipa ad penã ptrahit mic vlteri⁹ aq; re
miã nõ reducit. Et ibidẽ ex põit illud. eccl.
pi^m. ca. Si ceciderit lignũ ad auſtrũ aut ad
aquilonẽ. In quocũq; loco ceciderit ibi.
erit. Et ideo valde metuendus eſt iſte
tranſitus a quo non eſt regreſſus: in quo
cunque enim ſtatu quemcũq; inuenerit
ſuus nouiſſimus dies. Inhoc cum com
prendet ſtrictiſſimus iudex. vnde ſcribi
tur. vbi te in venero ibi. te iudicabo. i. ſe
cundum ſtatum in quo erit. Rogabimus
ergo tc. Amen.

¶ Sermo de domina

Ve eſt iſta que aſcendit de deſer
to delitijs affluens in nr̃a ſuper
dilectum ſuum. Cant. viij°. De
magnis rebꝰ ſiũt magne qõnes:
t magni ſapientes diſputãt cas. t quia aſ
ſumptio. beate virginis fuit mirabilis t i ſo
lita ſapiẽs Salomon ſub queſtione ſoluẽ
da. d. que eſt iſta tc. In qua queſtione fac
tres concluſiones. Prima eſt ſui aſcen
ſus. qui eſt vtuoſus. ibi. que ẽ iſta q̃. a. d. d.

Scoa eſt ſui ornatus. qui eſt precioſus.
ibi. deli. affti. Tertia eſt ſui geſtus. qui ẽ
glorioſus. ibi. innix. ſuper. di. ſuum. Nõte
autem ad queſtiõez ſunt. viij. valẽtes qua
tuor de veteri teſtamento: t quatuor de no
uo. Et propter reuerentiam non determi
nãt relinquentes eam maiori arbitrio de
terminandam ſcilicet deo.

Primo reſpondet angelus qui eam a
nuntiauit. d. q: eſſet mater domini qui vi
tam eius cuſtodiuit t ſciuit eam gratia
plenam. Secundo reſponderunt patri
arche. a quibus corporaliter deſcendit. qui
bus fuerat promiſſa t ipſam ſanctam cõ
cepuerunt. In cuius ſignum ſe ſanctifica
bant in ſuo matrimonio lauantes ſe t ſua
veſtimenta ante t poſt.

Tertio reſponderunt pontifices t ſa
cerdotes. Qui in eius t filij ſui figura
omnia ſacrificia faciebant ſecundum q: v
debant in eis multas perfectiones ſancti

tatis multiplicando ⁊ diuersificando sacrificia. Quarto. respondérũt prophete. q⁹ oēs ꝓphetie ⁊ laudes applaudebãt ad eaz: ⁊ ad filium. Quinto. Respondérũt apli q cuz ea fuerunt cõuersati. q⁹ in ordie apl̃oz ipsa fuit prima apostolissa. Secũda fuit Magdalena. Tertia Martha.

Sexto. Rñderũt martyres q⁹ i ciuitate sua celesti Hierusalẽ portaucrunt vexillũ fui mkij. s. in aia sic ꝓphetatũ ei fuerat. Et ideo sicut dies veneris venerat pp martyriũ xp̃i in eius passione: Sic dies sabbati virgini assignatur pp eius transgladiationem. Septimo. Respondérunt cõfessores q⁹ sanctitatẽ eius ⁊ gloriã cõtẽplati sũt cũ gaudio ⁊ eius exemplo mundũ vicerũt ⁊ diabolũ. Octauo. Respondérũt virgines. Quaz ipsa est regina. que ei⁹ amore virginitatem seruauerunt.

Et primo dicunt angeli q⁹ ipsa est finis ⁊ terminus corum restaurationis.

Secundo. patriarch⁹. di. q⁹ ipsa est fundamentũ ⁊ origo omnis beatitudinis.

Tertio. Pontifices ⁊ sacerdotes. d. q⁹ ipsa est regula sancte conuersationis.

Quarto. Prophe. di. q⁹ ipsa est speculuz ⁊ exẽplar clare reuellationis.

Quinto. apostoli. d. q⁹ ipsa est alpha ⁊ o xp̃iane religionis.

Sexto. martyres. di. q⁹ ipa est remediũ ⁊ medicina humane afflictionis.

Septimo. confessores. di. q⁹ ipsa est mãna diuine contẽplationis.

Octauo. virgines. di. q⁹ ipsa est lilium ⁊ rosa virginalis perfectionis.

Sed vltimo ipsa trinitas. di. q⁹ ipsa est imperatrix. ⁊ dña vniuersalis creationis. Quod audiẽs Salomon admirans dicit. Cãti. vi. Pulchra es ⁊ suauis ⁊ decora filia ierusalem terribilis vt castrorum acies ordinata. Dictum suum probant angeli. tripl̃r. Primo ex parte nature. ipsa enim voluit. ⁊ angeli voluerunt q⁹ ipsa semper esset perfecta. Cantico quarto. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te.

Secundo. ex parte gr̃e sanctificationis. Aug. li⁹ de natura ⁊ gr̃a. Cũ de peccato fit̃ur nulla fieri prorsus volo de virgine mentionez. Tertio. exparte gr̃e superabũdantis. Luc. p⁹. Aue gratia. p. d. t. Bernardus Puto q⁹ copiosior sanctificationis gr̃a tia in ipsaz descenderit q̃ nõ solũ eius sciẽtiã ortum sed ⁊ vitã de inceps ab oi pcõ custodiret immunem. Itẽ ꝓbant angeli dictum suũ. Prim⁹ ex parte nature sic. Quia p⁹ inuenitur hõ q hz potentiam ⁊ inclinationem ad bonũ ⁊ ad malum indifferenter vt adã. qui libere poterat vtrũqz.

Primo in bonum. q⁹ nõ hẽbat corpus inclinãs ad maluz. Cũ nõ hꝫet fomitẽ pec originalis. Scõo in malũ. q⁹ nõ hẽbat adiutorium gr̃e cõfirmãtis in bonum.

Scõo inuenit hõ q hz maiorẽ inclinationẽ ad malũ q̃ ad bonũ. sic nup baptizatus in quo remanet radix ⁊ fomes in corde ⁊ ideo data sunt illi multa remedia ad resistendũ. s. sacramẽta ecclie ⁊ meritũ passionis xp̃i. Tertio inuenitur hõ q hz maiorem inclinationẽ ad bonũ quã ad malum. Sicut sanctificatus in vtero. Sicut Jo. baptista. Jere. ꝓpheta: Sanson: ⁊ multi alij. Et hoc est. q⁹ fomes pcti originalis in earũ carne fuit sopita. Et erãt pleni gr̃a inclinãte ad bonũ tm̃. ⁊ q⁹ fomes pcti nõ plene fuit sopita in eis potuerunt peccare venialiter sed mortaliter non. Quarto inuenit hõ q nõ solum hz potentiã ad maluz vcz etiã hz necessitatem. Sicut non baptizat⁹: Et hoc. q⁹ regnat in corde eius fomes pcti inclinãs ad malum. nec refrenatur aliquo adiutorio sacramenti vel passionis xp̃i.

Opz ergo vt detur vltimus modus q⁹ sit aliqua pura creatura q̃ habeat non solũ potentiam non peccandi sed etiam necessitatẽ. Et ista fuit. b. virgo inqua non solum q⁹ fomes peccati fuerit extinctus sed etiam fuit eradicatus. ⁊ ideo nullam promptam habuit ad peccãdũ. q⁹ fuit gratia plena: dñe. Aug. in sermone de natiuitate. bea. virginis. Ceteris per partes maria autem in se tota continuit gratie plenitudo. ⁊ sic patet quomodo habuit suam perfectionem quo ad naturam corporis purgati ab originali pctõ. Scõo ex parte aie purgate ꝓbat sic.

Primo. q⁹ inuenitur hõ qui nõ potuit peccare venialiter sz mortaliter q fuit adã ⁊ cua. Secundo inuenitur hõ qui non potuit peccare mortaliter. sz venialiter qui fuit Jo. bap. ⁊ Jeremias. Tertio inuenit hõ q pót peccare mortaliter ⁊ venialiter. q fuit lapsus post baptismũ. Restat quarta fuit lapsus post baptismũ. Restat quarta q nõ possit pxccare venialiter nec mortaliter q̃ fuit btã vgo ⁊ eius filij⁹. Recte g⁹ est i sũmo apice pfectiõis. Tertio exptẽ gr̃e ꝓbant sic. Prio: sic̃ illi q magis appropinquãt ad p⁹m q̃ cõsonat gr̃e magis recipiũt d gr̃a. sz talis appropinq̃tio fit tripliciter. Prima fit cognitione. vt ieremias. Scõa cognitõe ⁊ dmostratõe. vt Jo. ba. Tertia cognitõe ⁊ dmostratõe ⁊ portatione. vt. b. vgo. Pria cognitio. s. ieremie fuit clarissima ⁊ clari⁹ alijs ꝓphis dixit: ⁊ hoc q⁹ magis de gr̃a receperit. fuit. n. in vtero matris sanctificatus. Jere. p⁹. Priusq̃ te formarẽ i vtero noui te ⁊ antq̃ exiret de vulua sanctificaui te. ⁊ ꝓphaz tingẽtib⁹ dicite. Scõo. cognitio ⁊ demõstratio Jo. baptiste ãplioꝛi gr̃a meruit habũdare. ⁊ iõ de futuro pdixit ⁊ d pñti mõstrauit. d. Jo. p⁹. ca. Ecce agnus dei. cc. q toll. pec. m. hic est de quo dixi. post me venit vir q ante me factus ẽ. q⁹ prior me erat. ⁊ iõ d eo. d. dñs: ãdath. vltio. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Jo. bap. Tertio. cognitio ⁊ dñatio ⁊ portatio btẽ vgi ñ fuit q⁹ multũ hꝫet d gr̃a. sz q⁹ fontẽ gr̃e i se cõtulit. ⁊ iõ in ei⁹ laudẽ deuote. d. ecclia. quẽ celi capere nõ poterãt tuo gremio cõtulisti. Scõo sic exẽplariter. Dz. n. aphys ⁊ bene q⁹ illa elementa q̃ sunt altiora sunt nobiliora. q̃ magis sunt ꝓxima luci. vt aqua q̃ terra. ⁊ aer q̃ aqua ⁊ ignis q̃ aer. Et sic sci illi q magis appropinquant ad dinitatez dei: plus hñt de bitudine. sed. b. vir. trãscendit omnes angelos: ⁊ scõs vt tenet catholica fides. d gr̃a ordinaꝛ psonaꝛ. ⁊ iõ. d. eccliã. Exalta letitia regina. ⁊ sic ꝓbãt ãgli dñm suũ. Sz q̃ induta erat radijs ex ipsa ꝓcedentibus. ⁊ sic Que claritatẽ nõ potuit corpus eius videri. rendi. vñ salomon q̃rit. d. quę est ista ⁊c.

Patriarche probãt dñm suũ ẽ tripliciter. Primo sic. oĩs bñdictio sup hoies ⁊ mulieres: aut dat in morte: aut in vita. Primo in vita oĩs mulier erat maledicta. q⁹ si erat fecũda pp ãmissionẽ virginitat̃. gñ. 3. Multiplicabo crũnas tuas ⁊ cõcept⁹ tuos. in dolore paries filios. Et si infecũda erat ẽ t maledicta pp carẽtiã posteritat̃. Sz exspectabãt vnã q̃ esset mater: ⁊ vgo: q̃ hanc maledictionẽ mutaret. dñtes. De⁹ fec̃ hoiez sine p̃e ⁊ sine mre. vt adã: ⁊ fecit hoiem ō patre sine mre vt eua. Et fecit hoiez ō pfe ⁊ mre vt abel. Faciet etiã necessario hoiez de matre sine p̃e: qō erit xp̃s. ⁊ sic maledictio in bñdictione cõpẽsabit̃. ⁊ iō. d. Aug. In sermone de natiuitate virginis. Male dictio eue in benedictõe cõmutatur marie.

Scõo. in morte. nota est hois ⁊ mulieris maledictio. p⁹. fz. xiij. Oēs morimur ⁊ q̃si aqua dilabimur sup terraz. Hebr. ix. Statutum est hoĩbus semel mori. eccl. ix. Quid superbit terra ⁊ cinis. Et ad morẽ currimus cum orroꝛe demonum cũ dolore sensuum: ⁊ cũ subiectione vermium. btã autẽ vgo hãc maledictionẽ in benedictionẽ cõmutauit. vt sine orroꝛe trãsiret: ⁊ dolorẽ cuadaret: ⁊ corruptionẽ nõ sentiret. Tertio post morẽ fuit benedicta. Gloria enim angelorũ nõ est talis nec tanta q⁹ pp eã augumentet̃ gloria aliorũ. Nec sufficit ad ꝓplementũ gl̃ie paradisi: sed per aduentũ. b. virginis fuit augumentata gl̃ia btoꝛ ⁊ cõpleta gl̃ia celestis. Eo q⁹ iparadiso erat sol sine luna. Rex sine regina: sponsus sine spõsa ⁊ sic patet paradisus erat diminuta: nec poterat pfici p aliã puram creaturã. ergo supoēs bñdicta. Pontifices ⁊ sacerdotes probant dictũ suum tripliciter. Primo sic. oĩs sanctitas aut fuit ante cã: aut cũ ea: aut post cã. sanctitas aũt. b. vgis fuit supra sanctitatem p̃cedentium cõcomitantiũ: ⁊ subsequentium. Primo de p̃cedentibus probatur sic. Dicunt qdaz q⁹ in adã remãsit q̃dam pticula non in fecta nec fermẽtata. Que per generationẽ trãsiit ad. o. vir. ⁊ transmissa est in ea. Et de illa fuit formata caro xp̃i. ⁊ ex hoc ẽ cum est quod sci p. trẽs: ⁊ sancte persone hoc non ignor[illegible]

sanctificabāt se ratione illius sanctitatis. Et inde sperabant redēctionem habere vi/ na gratia cooperante. Quod ē termina tum in.b.virgine.

Secundo de commitantibus sic. Nul/ lus alius sanctus fuit ita completus vir tu tibus sicut ipsa. Nam sanctitas eius redū dabat in alios ⁊ in alias.patet in salutatio ne sancte helisabeth. Quia sanctitas sua transiuit per corpus sancte helisabeth.⁊ re pleuit aiaz. vnde exultauit infans in vtero matris. ⁊ de illo redundauit in matrem Ideo.d. Luc. p°. Beata que credidisti quoniam perficiētur i te ea que dicta sunt tibi a domino. Et supa parum.ecce vt facta est vox salutationis tue in auri/ bus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo.⁊ ideo sicut anima xp̄i in istanti sue creationis fuit plena gratia:⁊ sanctitate sic anima.b. virginis in istanti cum facta fuit mr̄ xp̄i plena fuit gratia. Luc.p°. Auc gratia plena.

Tertio de subsequētibus sic. Ipsa fuit mediatrix inter deū ⁊ hoiem.⁊ nullus recipit sanctitatē nisi p ipsam. Jo.p°. De ple nitudine eius nos oēs accepimus.qr xp̄s ē fons sanctitatis,⁊ ipa riuulus.ceteri sancti sunt vrne ⁊ vasa. Nō eni possunt hñe gra tiā a fonte nisi p riuulū.qr de p̄se attingere nō possunt. Jo.p°. Accepimus gfaz p gratia. Prophete probant dictum suum tripliciter sic. Omnis cognitio aut est pro phyc:aut phye. aut nature. cognitio au/ tem b.virginis fuit super omnes.

Primo q: pphyc pphetaruz fuerunt de xp̄o venturo.⁊ io.bap̄a olum pphetax maximus p̄m venturx p̄dixit.⁊ adesse nō strauit digito.d. Jo.p°. Ecce agnus.⁊ecce. Bt̄a aūt v̄go olum sapētissima. ipsū por ta uit peperit ⁊ lactauit. manibus cōtrecta uit.⁊ omnibus demostrauit.d. Jo xp̄i. Ec ce homo fuit enim terminus omnium scri ptura um.⁊ complementum.

Septimum est. q̄ ipse est omnibus aliis ardentior in flamma sincere dilectionis. Et ideo habet alios incendere. quia cum spiritus seraphici sint aliorum incentivi vt habetur in libro Celestis ierarchie. vij. ca. Ille qui est in hoc ordine suppremus ē maxime omnium incentiuus. talis autez est q̄ est ierarcha qui est princeps ordinis huiꝰ.

Octauum privilegium. q̄ ipse est omnibus aliis completior. Et ideo habet alios perficere secundum dionysium vbi supra. In ordinibus angelicis superior habet perfectionis quicquid habet inferior ꝛ vltra. ꝛ ideo ierarcha omnium cum sit omnibus superior continet in se omnium perfectiōes ꝛ vltra. Sz occurrūt difficultates.

Prima est. quia secundum Jeronymum non est fas vt aliquis homo excedat merita omnium angelorum. Si autem homo esset ierarcha tunc manifeste excederet secunduz premissa. Dicitur quod istud dictum debet intelligi tam de angelis ruentibus si permansissent quam de permanentibus qui permanserunt. Et sicut nullus citra virginem excedit meritum quod lucifer habuisset: alioquin si nullus excederet angelos qui remanserunt nunquam reperiretur ruina luciferi.

Secunda difficultas. quia revelatio dicitur fuisse facta de quodam alio sancto.

Dicitur q̄ per illa que dicta sunt non

fuit intentio mea preiudicare laudi alterius sancti cum istud sit nobis totaliter incertum tamen probabiliter dicta sint omnia. ꝛ non determinate.

Trigesima prima conſidcatio scilicet quantum gratiam habuit beatus ioannes in statu ecclesie militantis. Et dicitur q̄ gratia est quadruplex in nouo testamento privilegiata. ꝛrri. cō sidera?

Prima fuit gratia infinita que fuit ipsius christi ſm divinitatem. Quia tantam gratiam ꝛ charitatem dominatam habuit pater ab eterno cius cōmunicantit. Jo. p°. capt. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratie ꝛ veritatis.

Secunda fuit non infinita sed tanta quanta potuit communicari que fuit ipsius christi ſm humanitatem. quia vt dicūt pie pleriqz doctores. maiorem gratiam deus non potuit creare quam sit gratia alie christi. Jo. p°. capt°. De plenitudine eius accipiuntur cuncti. ꝛ gratiam pro gratia.

Tertia fuit. Non tanta quanta potuit in tali anima recipi. que fuit anima beate virginis que non tanta fuit quanta creari potuit sed quanta recipere potuit. vt vltra nequeat sanctificari. sicut nec aqua feruentissima calefieri potest ꝛ feruere ignitissimum non potest igniri ꝛ calefieri magis Ideo dicitur Luc. primo capitulo. Ave gratia plena. quia eius capacitas tota est adimpleta tñ non fuit tanta gratia anime beate virginis quanta anime christi.

Quarta fuit. Non tanta ſz maior omnibus aliis post primas que fuit gratia anime Jo. ba. quia licet plus potuerit de gratia recipere tamen plusquam alij recepit dicente domino Math. vndecimo. capitulo. Inter natos mulierum non surrexit maior. Jo. b. scilicet ī gratia. ꝛ per cō queens nec equalis. quia secundum dionysium. Duo nō erunt equales in patria Et notandum q̄ gratia beati Jo. non solum est privilegiata ratione quantitatis. sed etiam ratione festinationis. quia licet omnium sanctificatorum in vtero sit gratia festina tamen ſm gradus.

Primo. quia anima christi habuit gratiam in instanti sue creationis.

Secundo. quia anima beate virginis post primum instans sed cito ſm antiquos doc. quia ſz cos modicum in originali culpa fuit tamen verius dicitur pro nullo instanti fuisse sed a deo fuisse ab originali preseruatam.

Tertio anima beati. Jo. in ventre ſz 16 ge ante natiuitatem habuit gratiaz scilicet quando helisabeth simul cum filio impleta est spiritu sancto. Luc. primo capitulo. Ut audiuit salutationem Marie helisabeth. ꝛcete.

Quarto: quia anima ieremie in ventre sed paululum ante ortum. ideo sibi dicitur Jere. primo capitulo. Antequaz exires de ventre sanctificaui te. ꝛcete. Est eciam notandum quod duo sunt tempora impedite eratis scilicet ante natiuitatem ꝛ post natiuitatem in pueritia in quibus non vtitur homo ratione. Aliqui sancti sunt qui neutro tempore habuerūt gratiam. nec ea vsi sunt sicut beatus Martinus qui fuit cathecuminus vsqz ad annū decimū octauū. Aliqui sunt qui habuerūt in altero scilicet Jeremias qui ante ortuz sanctificatus fuit ꝛ gratiam habuit vt dictum est supra. Aliqui qui in altero scilicet in infantia scilicet. bea. Nicolaus qui statim ortus iciunauit quarta ꝛ sexta feria sed beatus Joannes super alios floruit in hac duplici etate.

Primo floruit gratia. ꝛ fuit vsus ipsa in matris vtero. vbi exultauit cum presentia saluatoris sensit. vnde dicere potuit. Luc. primo capitulo. Exultauit spiritus meus in deo saluatori meo.

Secundo gratia floruit ꝛ vsus est ea in infantia. quando in pueritia desertum petiit vt colligitur ex euangelio scilicet in quinquienio. vbi ꝛ merito reuelationes ꝛ consolatiōes angelicas ad mirabiles habuit vt colligitur ex euangelicis ꝛcetera. Finis Amen.

Incipit tractatus super pater noster.

Oluntas dei sanctificatio vestra, prima ad Thessalo. 4°. ca°. Nō potest bene seruiri ipsone nisi sciatur eius volūtas: sic nec deo. Jō Paulus vocatus ad xpi officium statim quesiuit. Actuū. ix. c. Dñe quid me vis facere. Jdeo volentibus seruire deo consulit. Ephe. v°. Nolite fieri imprudentes: sed intelligentes que sit volūtas dei. Quia ergo non potest seruiri deo nisi ptius sciatur eius voluntas. Jdeo vt melius sibi seruire valeamus. Apostolus in verbo prelibato eius voluntatem nobis insinuat dicens. Volūtas dei sanctificatio vestra. vbi duo iucunditatur propter que obediendum est voluntati diuine. Primo. q: est quedam regula ad nostrum intellectum eleuanduz ⁊ affectū dirigendum. Et hoc tangitur cum premittitur volūtas dei. Eccles. vij. Inuenit qō fecerat deus hominem rectum. ⁊ ipse se infinitis miscuit questionibus. Ita q: oēs p peccatum hāc rectitudinem perdiderunt. Abdie. vij. Perijt sanctus de terra. ⁊ rectus i hominibus non est. Ratio est. Nō est rectus sagittarius nisi recte signū ad qō trahit aspiciat. vnde est q: ipse quandoqz claudit vnum oculum: vt alium melius figat i signm. Sigm agit ad qō semp in omni tractu debem⁹ trahere nobis. ysai. c. lv. ostendit di. Erit dñs nominatus in signuz. Jdeo ad istud signum debemus semp oculos dirigere. ⁊ omnia in gloriam eius facere. Sed deus propter peccatuz oculos peccatoris ab isto signo auertit. Quia fm Augu. Peccatuz est auersio a bono incōmutabili. In cuius figura dicitur p°. Re. xiiij. cap°. Non rectis oculis respiciebat Saul Dauid. Et subdit. Jnuaserat spiritus malus Saul. Unde in hoc peccatore similis ē aspidi. de quo legitur: q: non directe tendit ad terminum. q: non habet oculos recte in fronte: sed extransuerso in temporibo. Sic peccator. qz oculum cordis in intentionem transuersam habet ad mundana. Jdeo in finis optibo nunq recte tēdit ad dēm. Indigem⁹ ergo regula dirigēte. Hec aūt regula est voluntas diuina. q: fm Augu. Jpa ē regula totiꝰ creature. Hanc autem regulam in persona cuiuslibet peccatoris pcebat. prima p³. dicens in ps. Eripe me de inimicis meis deus meꝰ: domine ad te cōfugi: doce me facere volūtatem tuaz: q: deus meus es tu. Spiritus tuus bonus ōducet me in terrazy rectrm. Nota q: ista auctoritas tangit quatuor que facit nobis volūtas dei. Et que facere debet qui ad eā vult dirigere. Primum est. liberak a periculo. ibi. Eripe me de inimicis meis deꝰ meus. Non potest homo melius liberari de carcere hostis q: soluendo cathenas ⁊ vinculum frangendo quibus tenebatur ligatus. In figura huius. Angelus liberans Petrum de Herodis carcere. fecit cadere cathenas de manibus eius. Tunc Petrꝰ dixit. Nūc scio vere. q: misit dñs angelū: ⁊ liberauit me de manu herodis. actuum in actibus apostolorum. xē. Cathene autem quibus peccator vincitur in carcere demonis sunt peccata. Proverbiorum. v. Iniq tates sue capiunt impium ⁊ funibus peccatorum suorum astringitur. Modo peccata soluuntur in confessione. Jdeo deus peccatoꝛē eripit ab hoste vt dicat regrādo illud persa⁹. Eripuit me de inimicis meis fortissimis. Sed nota q: sicut liberatus de carcere in memoria mirac ulit chatenam affert ad ecclesiam suspendens coram sancto qui eum liberauit ⁊ facto oblationem. sic in signuz vere liberationis a demone vicula peccatorum quibus ligatus fuisti: modo debes portare ad ecclesiam appendere coram deo vel eius vicario in confessione ⁊ te offerre ad satisfactionem. Sequitur ad re cōfugi. Non enim sufficit eripi ab hoste. sed oportet longe fugere. alioquin homo nō ē in tuto. Sicut enim auis qui iam tenuit ⁊ momordit predam si euadit: acrius eam insequit. Et sicut preda postq̄ sensit morsuz canem citius fugit. Sic demon qui semel momordit ⁊ tenuit animam per peccatum quando euadit per penitentiam: auidius eam insequitur ⁊ conatur capere. Jdeo nō debet anime sufficere q: euasit: sed debet longe fugere: maxime postq̄ sensit morsum de

monis. Et de hoc habetur figura. p°. Re. j°. cap°. Missus est Saul ipuz dō cōfigere in pariete: declinauit dauit. fugit: ⁊ saluatus est. Unde legitur de elephante q: fugiens venatorez sciens causam sue insecutionis esse pulchritudinem suorum dentium. de quib⁹ ē ebur dentes suos frangendo detur pat. ⁊ sic deturpatos: ⁊ fractos venator ostendit. Addo: venator cessat eū persequi. Sic venator infernī quosdā insequitur peccato luxurie p:opter pulchritudinez corporis alios peccato auaritie: alios vero peccato superbie: primi debent corpus frangere per penitentiam. Secundi auaritiam p largitatem. Tertij superbiam per humilitatē relinquendo illud quod in nobis demoni placet. Et de hoc figuratur. secūdo macha. De mathatia ⁊ filiis eius qui relinquerūt quecunqz habebant in ciuitate ⁊ fugierūt ad mōtem. Dicitur de ceruo q: continuāt fugaz ⁊ cursum canes euadit. Sed sistens in latratu canum in quo delectatur: quandoqz ita capitur cantu canum. quod oblitus fugere capitur: ⁊ occiditur. Sic persona fugiens peccatum quandoqz in cantu sistit ⁊ verbis ⁊ actionibus q: capitur ⁊ occiditur ad huc a demonibus spiritualiter per peccatum. Tertio. dirigens debz bonam viam ostendere. ibi doce me facere voluntatem tuam. Uadēs enim viam ignotā eget doctore ⁊ ductore: ac tutore. Via autez celi nobis ignota est. Jdeo indigemus doctore ⁊ tutore. s. deo. de quo eccle. xliij. Doctet ⁊ erudit quasi pastor gregem suum. Sz nota q: pastor ouem errantem: primo dirigit ⁊ reuocat verbo clamando. Et nisi verbum sufficiat virgam. ⁊ baculum adhibet verberando. Sic deus viaz celi: primo docet: verbis scripture: clamando. predicēdo. Sed quia quasi spernunt verba. deus addit verbera scilicet morbos: persecutiones: ⁊ flagella diuersa. Unde gregō. Nulla nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas. Exemplum in natura. psitacus docetur loqui sicuti homo. ⁊ habet caput ita durum q: nunq̄ bene loquitur nisi caput eius baculo ferreo verberetur. Sic quidam habēt corda adeo dura q: nunq̄ loquūtur rationabiliter de salute. nisi primo morbo p secutionis verberetur. Et de hoc figura dā nielis. 4°. Denabuchodonosor rege cui cōsuluit daniel. Peccata tua elemosinis redime. qui spreuit donec electus est de reg⁹ ⁊ cum feris demoratus est ⁊ fenum quasi bos comedit. Tunc ait. Oculos meos ad celū leuaui. ⁊ sensus meus redditus est mihi ⁊ altissimo benedixi. In ps. Disciplina tua ipsa me docebit. ergo doce me facere voluntatem tuam. Non enim auis pertingit ad predam cantando: garriendo: sed forte aues plus garientes minus volant. Applica sic ad regnum intratur non loquēdo sed operādo. Non enim qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnum celorum. sed qui fecerit voluntatem patris mei qui in celis est. Quarto. dirigens. debet ad bonum portum ducere. ibi. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Terra illa dicitur recta in qua redditur cuilibet quod suum est. aditur quod meruit. Sic fit in paradiso. Apocha. secūdo. Mercees tua mecum est: reddere vnicuiqz secundum opera sua. Non sic in mundo: vbi sepe plus datur minus merito in indigno. Amos. 3°. Nescierunt facere rectum. Ratio est. Quia q: soluendo mercedem attendit ad genus: vestem: ad pulchritudinem corporalem operari non ad opus: sepe plus dat ⁊ minus merito. Sic facit mundus dando honores ⁊ bona mundana. Jdeo mundus dicitur michee. 3°. Omnia recta per vertitis. Sz tu solutor mercedis celi deus. non attēdis genus vestem: nec aliquod impertinens xē. Matthei. secundo. Non est tibi cura de aliquo: sed solum ad penitentie meritum respicis. Jdeo iuste retribuis. Proverbiorum. 3°. Iusta opera manuum suarum retribuet ei. Jdeo dicit ps. Justitie dominī recte letificantes corda. ⁊ cetc. Magna letitia cordibus pauperum christi. quia expectant mercedē i regno celi de q: dicē Augu. nulli negabit digno nulli offeret i digno Tertia volūtas si ē speculū admodificādū q: manifestatur cuz additur sanctificatio vestra. ps̄ona volens videre ⁊ tollere a se omnem maculam in quibusdam partibus corpo-

ris sicut in manibus pedib⁹ ⁊ ceteris non tamen vbiq3. O cui⁹ enim3 qui non videt se non videt maculam in se nec in partibus sibi nimis propinquis sicut iacie. q3 illas non videt. Speculum si sit verum ostēdit oculo omnem maculam. ⁊ ip⁹ oculi ⁊ pti uz sibi propinquarum. Sic persona volēs videre ⁊ tollere a se omnem maculam pec cati debet se respicere in speculo vero. ps̄o na enim quatumcūq3 prudēs ⁊ cauta ma culam seu deffectum non videt in se nec in personis sibi propinquis propter amore3 In personis aūt lōge distantibus propter odiu3 uel saltē propter in differentia3 bñ uidet dffectū. Et de hoc figura ē. ꝓmi R̄. 3. Hely cui⁹ oculi caligauerūt non poterat uidere lucerna3 domini. donec extingueret

Ita quida3 non uidentes caliginem ocu lorū suorum oportet q̄ se respiciant in spe culo: Et ō hoc figura credi. xxxviii. Moy ses demandato dei fecit labium eneum de speculis. in quib⁹ ministri tabernaculi ma culas suas videbāt. vt eas abstergerent spe culum verum quod sine omni palliatione ostendit cuilibet suas maculas voluntas dei est. Ideo istud speculum petebat da uid dicens. Vnam petij a domino hanc r quiram. vt videam voluntatē domini mei Sed istud speculum perfecte nobis ostēdi tur. Mathei. vj. In dominica oratione. s. pater noster. Circa quod secundu3 Augu stinum est aduertendum q̄ oratio domini ca pro nobis perfectissima est. quia in ipsa continetur quicquid a deo petere possum⁹ ⁊ quicquid nobis deus dare vult. Sed pre cipue a nobis desiderandus est dei honor ⁊ reuerentia quod in prima petitione tāgi tur. Sanctificetur nomen tuum. Sed ad sufficientem declarationem totius oratio nis predicte est notandum q̄ hec sacra ora tio prima fuit diuisione diuidi potest in du as partes secundum q̄ duo ibidem princi paliter petimus.

Nam primo petimus bona nobis dari

Secundo. petimus mala a nobis remo ueri.

Prima. ibi. Aduenīat regnum tuū

Secunda ibi.

Dimitte nobis debita nostra.

Prima adhuc intres secundum q̄ tria bona dari petimus.

Primum est ⁊ maximum bonu3 quod petim us est bonu3 glorie quod petitur ibi.

Aduenīat regnum tuum.

Secundum. bonum est gratie qō petimus ibi. fiat voluntas tua.

Tertium est. bonum terren3 quod petimus pro sustentatione vite. ibi.

Panem nostrum quottidianu3 da nobis hodie. ⁊ cete. Non enim3 possumus plu ra bona petere: nisi terrena ad sustentandū bona gratie ad merendum: ⁊ bona glorie ad fruendum.

Secūda pars. in qua mala a nobis re moueri petimus etiam diuiditur in partes tres secundum etiam3 q̄ sunt tria que a no bis ammoueri postulamus.

Primum est. peccata preterita que petimus condonari. ibi.

Dimitte nobis debita nostra. ⁊ cete.

Secundum est. peccata futura que petimus: ⁊ debēt vitari. ibi.

Et ne nos inducas in tentationem.

Tertium est. pena pro peccatis debita quaz petimus relaxar. ibi.

Sed libera nos a malo. Ecce q̄ ista oratio continet omnia nobis necessaria bo na que volumus habere: ⁊ mala quibus volumus carere.

Primo ergo petimus honorem ⁊ reue rentiam diuini nominis. Sanctificetur nomen tuum. idest sancte ⁊ reuerenter lo quamur de deo. Hostium enim camere dñi debet esse mundum. maxime supius quia si hostium esset fedatu3: dominus nō libenter per illud intraret. Sz hostiu3 cor dis nostri: quod est camera domini: est os.

Et ideo cū omnes partes corporis nostri debeant esse munde: magis tamen os supe rius loquendo de deo. scilicet ⁊ de sanctia cius. alioquin christus non libenter intrare ret cameram suam cor. scilicet tuum p ho

stium fedatum quod est os immundum. Sicut enim apis deferens mel non intrat domum suam inueniens in eius hostio te lam aranee venenosam. Sic christus mel diuinitatis deferens non intrat perso nam: in cuius hostio. idest ore inuenit ver ba blasfemie venenosa: mendacia ⁊ detra ctoria. Debet igitur labium esse sanctu3 loquendo. Exod. viii. Altare cū basi sanctificauit. Et nota q̄ secundum sanctos Judas suspensus crepuit medius: ⁊ effusa sunt. viscera eius ⁊ hoc ne stercora exirent per os. idest anima pēti fece macu lata quo christum licet proditiose fuerit os culatus. Et per os tuum erit stercus blasfe mie ⁊ omnis immundicie. Exemplum. In Brabantia nobilis quidam nocte parasce ues vadens ad matutinas transiuit per ta bernam in qua erāt iuuenes ludētes ⁊ chri stum blasfemantes doluit. sed vltra transi uit. ⁊ dum processisset vidit populum iu gentē in platea hominem extraneum totū plagatum: totum cruentatum ⁊ occisu3 ab illis de taberna: vt assistentibus visum fuit. Ingressus nobilis tabernā cū minis iuue nes illos dure redarguit. q arōiti negāt ho minem ad se ingressum: ⁊ se nullum vidis se nec aliquem verbo asse. Qui mox surgē tes cum illo nobili querunt hominez mor tuum ⁊ nihil inueniunt. Tunc in se reuersi perpendunt hominem illum fuisse christū quem suis blasfemijs cruentabant. Quo viso tabernarius qui erat vsurarius: omia plene restituit. ⁊ dimidium bonorum suo rū dans pauperibus sancte obijt. ergo san ctum ⁊ terribile nomen eius. Ad philipen ses secundo. In nomine Jesu omne genu flectatur celestium terrestriu3 ⁊ infernoz.

Secundo. petimus bonum glorie. ibi.

secūda petitio Aduenīat regnum tuum. Mathei. vi. dicitur Ubi est thesaurus tuus ibi ⁊ cor tu um erit. Peccatores autem thesaurizant in terra. Ideo eorum cor ⁊ desiderium est in terra dñari. Sed sancti thesaurizant in celo ⁊ prudentius. Ratio est. Mercato res mare transituri in quo sunt multa pe cula. Non portant secum pecuniam: sed emunt merces ab eis qui bona sua habēt vltra mare portantes certas litteras quas cum attingerint vltra mare ostēdūt mox eis dantur merces quas emerunt. Nunc autem pauperes christi habent suas mer ces ⁊ thesaurum in ecclesia. Luce sexto. Beati pauperes quoniam ip⁹oz est regnū celorum. Et ideo sancti cum transeunt ma re. hoc est periculū huius mundi non por tant secum thesaurum bonorum tempora lium: sed dando pauperibus comperāt si bi thesaurum in celo portantes secum cer tas litteras euangelij dicentis. Da paupe ribus ⁊ habebis thesaurū in celo. Mathei. xix⁹ Et ideo iuste sancti ⁊ boni viri. quia iam suum thesaurum habent in celo quod iam emerunt petunt. Aduenīat regnum. tuum: ⁊ hoc secure petunt sperā tes dulcissimam christi inuitationem dicē tis. Mathei vigesimo quinto capitulo. Venite benedicti patres mei ꝑ possidere re gnum. ⁊ cetera.

Tertio. petimus bona virtutum ⁊ gra tertia petitio. tie. ibi Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Circa quod est aduertendum q̄ san cti in patria. ita obediunt ⁊ sequuntur vo luntatem diuinam vna cum angelis q̄ ni hil omnino faciunt voluntatis propie. Modo petimus ita esse in nobis quod q dem est necessarium ad vitandum pecca tum. Cuius ratio est. Videmus enim q̄ nubes a sole eleuata a terra ⁊ aqua quam diu sequitur motum ⁊ virtutem solis non cadit: sed ascendit sursum: sed quando se quitur suam propriam conditionem re frigeratur: fit grauis ⁊ conuersa in niuem vel pluuiam cadit ⁊ mixta terre fit lutum: quod quidem sibi accidit ex loco. scilicet medio in tristitio aeris. Sic recte persona a deo eleuata a terra cupidinis ⁊ aqua vo luptatis quamdiu sequitur motus ⁊ virtu tem diuine voluntatis non cadit in pecca tum: sed ascendit sursum versus gloriā. q3 in ꝑ dicit. In voluntate tua ēduxisti me

ꝛ cum gloria suscepisti me. Econtra ꝑsona sequens propriam voluntatem ꝛ motus. ℙrimo refrigeratur a dei amore. Deinde fit grauis ꝛ ponderosa in dei seruitio ꝛ sic cadit in lutum peccati. Et sic quando qꝫ accidit ꝓ paulo qui ad ephesios.5°. ait Ꝯuersati sumus in desideriis quasi facientes voluntatem carnis. Sed hoc sepe contingit ex loco ꝛ societate quam ꝑsona frequentat. Ad vitandū igit casū petit petim°. fiat voluntas tua. exē plo xp̄i dicētis Mathei.xxvj°. Nō mea voluntas sed tua fiat.

Quarto petimus bona temporalia sustentationi necessaria non superflua. ℙanem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et hic petimus panem qui ordinatur ad necessitatem ꝛ non alium cibum qui sepe queritur ꝛ procuratur propter voluptatem ꝛ ad superfluitatez. Docemur ergo petere necessaria nō superflua. Ratio est. Infirmus. n. modicam habens virtutem debet cibum temperate summere. ꝛ solus ad sustentationem alioquin virtus non sufficit cibum conuertere ꝛ dirigere ꝛ tunc ex nimio cibo ꝛ ex superflua indigestione generatur apostema: ꝛ morbi inflatiui. ꝛ sic recte est ad propositum. qꝫ hodie quasi quibus modicum habet de prudentia in vtendo ꝛ dispensando temporalia cadunt in apostema: ꝛ in tumorem grauissimi peccati. Debemus ergo ea vti ꝛ summere solū ad necessitatem. exemplo Salomonis proverbioꝝ.3. Mendicitatē ꝛ diuitias ne dederis mihi. sed tantum tribue victui meo necessaria. Superfluitas enim diuitiarum inflat cor generat apostema superbie ꝛ contemptus pauperuꝫ. Ideo persona talī apostemate sentiens se grauatam debet facere sicut animal. de quo legitur qꝫ sentiens se agratuatum apostemate confricat se ad arborem donec rupto apostemate sanies defluat. Sic recte talis persona debet se confricare ad arborē crucis ad paupertatez. i. ꝛ meditatem quā xp̄s in mundo ꝛ in cruce sustinuit. vt vꝫ sanies diuitiarum fluat in elymosinas pauperum. petimus ergo victum necessarium ꝛ non superfluū qꝫ si facte nem ad manducandum prestabit.

Quinto petimus veniā de petis preteritis. Dimitte nobis debita nra. Sicꝫ ꝛ nos dimittimus ꝛc. Mathy. vi. Si. n. nō dimiseritis hoibus. nec pr̄ vester dimittet vobis peccata vestra. Non enim debet veniam petere a patre persona que vellet eius filium occidisse. Sꝫ omnes filij dei sumus p gratiam ꝛ ideo inuicem fratres. Odium autem est homicidium spūale. Jo.3°. Qui odit ffrem suū homicida est. Nō ergo dignus venia pr̄is q nō dimittit ffri ex corde. vnde Mathy. xviij. Mētur de seruo tradito tortoribus sic dicit ibi xp̄s. sic ꝓ ꝟ vt faciet vobis: si nō dimiseritis vnus quisqꝫ ffri suo de cordibus vestris. Ita qꝫ qbet iesus rāchorē cordis ad minus tenet dimittere ꝛ signa reconciliatiōis ostendere inimico: sꝫ nō tenetur dimittere dāna: maxime si offendēs habet. vñ possit restituere qō si facit meret intensissime ꝛ de hoc exēplum manifestum. Nobilis qdā ffrem suū a quodā rustico occisum āmisit qui ex dolore quasi pegre ꝓfectus est. Qui cum iter faceret cū magno comitatu homicidā solū i agro inuenit. q ex tracto gladio cū vellet eū occidere. Ille interrā ꝓstratꝰ clamauit. O tie nobilissime miserere mei amore xp̄i iesu q tui misertus est ꝛ oēz mundū sua morte redemit. Ad or nobilis ꝟsus in lachrymas manū retraxit Sed ne hoc ignaue reputaretur a sotijs. Iterum manus extendit in prostratum. Iterum reus ob remissionem petōrum misericordiaz petens. Secundo manum deposuit. Tertio increpatus a sottis. Iterum manuꝫ vt ipsum interficeret leuauit.

Et reus ob euasionem angustie. quam omnis caro mali in futuro iuditio pertimescit est miserere mei. Respondit nobilis: mente ꝛ genere. Ego mortem mei fratris tibi indulgeo. Sed quid postea. Ad or cadeꝫ die ecclias intrans p̄o missa audienda coram ymagine crucifixi ter genua flectens visus est a quodā sancto viro ad singulas genuflexiones nobilis crucifixus inclinare capud. Vocans ait sanctus nobilem ad partem: interrogauit quis esset. cui ille. Ad huc sum in terra mea. Et sanctꝰ. Dicas charissime ꝛ nihil celes. i. q̄ magis confidis misericordiā dei meruisse. cui ille ait. Miles sum in seculo deditus nihil apud deū merui nisi forsitan hodie ꝛ factū retulit. Tunc sanctus narrans ei qō viderat hortatus est eū ad bonuꝫ. Malus ē igit tur vindictam exp̄tere maxime turbatiōe durante. Unde Tharentinus ille nobilissimus p̄s inueniens vilicū qui sua male dispensauerat ait. Vindictā de te summe. nituꝫ dimittere qꝫ per frā nimiū punire.

Septa petitio

Septo. petimus preseruare a malis futuris. Et ne nos inducas in temptationez. Et nota qꝫ non dicit: ne tentemur: sed ne inducamur intēptationē. ꝑsona. n. non est in periculo sumersionis nisi inducatur intra aquam. Sic etiā nisi inducat qs intra temptationē per peccatū. Et hec est ratio: quare multe ꝑsone nō curant tēptatōes vitare. qꝫ cōfidunt in magnas tēptationes q̄si nō posse induci. sed bene volūt tēptationē circuire appropinquando. ꝛc. Sed attendant qꝫ periculosum est valde persone habēti caput debile ire prope ripaz aque profunde ꝛ nimis appropinquare. qꝫ persona q̄nqꝫ stupet ꝛ turbat imaginatio: in tantum qꝫ pes defficit ꝛ sic in aquam cadit ꝛ submergitur. Nunc autem omnes habem⁹ caput debile ꝛ infirmuꝫ contra peccatum. Ysaie primo. Omne caput languidū. ꝛ cc. Ideo non est bonum peccato appropinquare cogitando. ꝛ cc. Turbatio tantuꝫ aliquando inualescit. qꝫ stupefacit personam. Turbat tunc ratio: ꝛ sic totū submergitur. Et contra sic appropinquantes. dicitur Joānis pi. Induxit super eos mala. de quibus exire non poterunt.

7ª pe titio.

Septimo. petimus leberari a penis: ꝛ miserijs quas patimur propter peccata. sꝫ libera nos a malo. ℙostquaꝫ enim febris reliquit infirmum adhuc remanent reliquie morbi scilicet amaritudo gustus: debilitas pedum: ꝛ diu stat antequam recuperet pristinum gustum ꝛ fortitudinem. Sic recte ad propositum. persona postquā dimisit peccata adhuc habet gustum insipidū ad spiritualia. Manus ꝛ pedes debiles ad opera meritoria. Et de hoc habetur figura scōi xp̄i. nono. Super est filius Jonathā debilis pedibus. s. mifiboseth. qꝫ de manibꝰ nutricis iuuenis ceciderat. Et ab ista debilitate petimus liberari a deo. de quo dicitur sapientie. xix. Tu es qui liberas ab omni malo. Sꝫ quomodo hoc potest fieri. Ecce. Nam ꝑsona recuperat gustum ꝛ fortitudinem post morbum sumendo cibum leuem ꝛ confortatiuum similimum nature: non grossum: naturā suffocantem. Libi aūt grossi animē sunt verba dissoluta delicie. ꝛc. Dilatate. Caro enim concupiscit aduersus spiritum ad Galat. v. Unde ista spiritum non fortificāt sed debilitant. econtra deuotio. oratio. ieiuniuꝫ. ℙba sancta. misse ꝛc. Unde de persona talia frequentante dicitur ad Roma. viij°. Creatura liberabitur a seruitute corruptionis in liberbatē glorie filiorum dei ad quā nos perducat. Amen.

ℂ Incipit tractatus de penitentia.

Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorū Math. 4°. capi. Quia beatus Ioannes conuocans populum ad bapm fluminis idem verbum assumit. quasi prothematice Math. 3°. capitu. Et iterum saluator noster inuitans populum ad baptismum flaminis. idem verbum reassumit Math. iiij°. capi. Decirco sancta mater ecclesia sanctorum patrum sequens vestigia. Isto sacro tempore vocat fideles ad lamentum penitentie. vt ex persona ecclesie verbum a nobis. platum proponatur. cum dicimus. ℙenitentiā agite. In quo quidem verbo ꝛ diuino oraculo.

ℂ ℙrimo. aliquid precipitur. s. penitentiam agere.

ℂ Secūdo. aliqd promittit. s. regnū celoꝝ. possidere. ꝛc. ℙceptū nāqꝫ ptinet ad meritum qō in viam eligitur. ℙmissuꝫ vero ad premium qō in patria recipitur. Et sm illa duo preceptuu ꝫ indiget gratia cooperante. Et promissum gloria beatificante. De peccato autez qꝫ hic inducit.

Cum pcmittitur. ℙDenitentiam agite. Loquitur christus: exp̃sse sub forma pcepti. Luce xiij. di. Nisi penitentiam egeritis simul omnes peribitis. Unde accipitur argumentum q̃ actum penitẽtie deus non proponit per modum consilij sed per modum simplicis pcepti q̃ patet quia eterna dãnatio que hic non petentibus cõminatur: non debetur alicui nisi pter transgressionem pcepti. De promissione que exprimitur. Cũ additur. Appropinquabit regnum celorum. habetur dañ. secundo. Suscitabit inquit deus regnum: qđ in eternum non dissipabitur. ⁊ illud regnum sc̃ de lege communi ingredi non possunt nisi pceptum de hoc dictum perficiunt. s. ℙDenitentiam agite. ⁊c. Et ideo subdit dañ. Et regnum eius populo alteri nõ tradetur. quia vero status vite presentis ita est circa meritum quod nondum circa premium. Iccirco ad presens. Circa primam partem thematis que est. ℙDenitentiam agite. Est insistendum. Circa q̃ ante omia est sciendũ q̃ penitentia accipitur quadrupliciter. Uno primo modo accipit pro virtute. q: vnusquisq; se punit de peccatis ⁊ exercet debitam sui ipsius vindictam sm exigentiam culpe cõmisse. ⁊ illud pertinet ad iusticiam distributiuam cuius est mala punire ⁊ bona remunerare. Et isto modo loqtur de penitentia. Luce. iij°. Facite fructus dignos penitentie. Quos fructus explicat beatus Gregorius di. q̃ sm quantitatem culpe debet esse accerbitas pene assumpte.

Secundo modo accipitur pro actu. sm q̃ actus penitendi est displicentia cõmissi mali qualicunq; siue bene siue male: heretici siue dãnati. Dãnati. n. penitere: dicũt̃ pter supplicium inflictum de qua infructuosa penitentia. dicitur sapiẽ. v. Turbabũtur timore horribili. dicentes intra se. penitẽtiã agẽtes. ⁊ pre angustia spiritus gementes. Et ỗ Juda proditore. dicitur in euangelio q̃ pe penitẽtia ductus laqueo se suspendit. ⁊c.

Tertio modo dicitur penitentia pro statu. s. religionis vel religiosorum. qui dicuntur in pnia permanere. Et sic videtur penitentia accipi. luce. iij°. c. Ubi dicitur q̃ Joannes in omnem regionem iordanis predicans baptisimum penitentie. Iste baptisimus non erat vetus baptismus: nec mortalis. nec verum sacramentum. sed quidam actus disponens ad christianam religionem assumendam in illo. ⁊c.

Quarto modo accipitur pro sacramento secundum q̃ cõmendatur cum baptismo ⁊ eucharistia baptisimum sequens ⁊ eucharistia precedens. Et illo modo videtur loqui apostolus prima corinthi. di. q̃ secundum deum tristitia est penitentia in salutem stabilem. operatur. cuius contritio precucit illud sacramentum. quia tamẽ in isto sacro tempore exp̃s intentio fidelium circa sacramentum penitentie versatur precipue. Iccirco. Circa illud sacramentũ nostra intentio est firmanda. Et secundum hoc sunt hic precipue quatuor facienda.

Et primo. insistamus circa istius sacramenti diffinitionem. vt appareat quid sit.

Secũdo. circa eius institutionem: vt videamus a quo sit principaliter.

Ter°. circa eius susceptioẽ videat cuius sit.

Quarto. circa eius perfectionẽ vt declaretur propter quid est.

Quantum ad primum est sciendum q̃ diffinitio huius sacramenti habetur in libro de regulis theologie. cap°. 109. qui liber ascribitur beato clementi. vbi dicitur. quod sicut baptisimus est remedium cõtra originale peccatum. Ita sacramentum penitentie est secunda tabula post naufragium. Cuius diffinitionis declaratio sunt quatuor inuestiganda.

Et primo. quid est illud naufragium qđ precedit istam tabulam penitentie.

Secundo. qualiter ista tabula sequitur post naufragium.

Tertio. que sit ista prima tabula que sequitur illud naufragium.

Quarto. qualiter penitentia est secũda tabula. Quantum ad primam particulam huius diffinitionis. Quid sit illud naufragium. Dicitur q̃ prima ratio naufragij precedentis tabulam est primum peccatum mortale qđ cõmittitur post susceptum baptisimum. q: petrus illud spẽaliter naufragium appellatur. eo q̃ sicut in naufragio destruit̃ integritas nauis. Ita in peccato

corrumpitur virginitas anime que est integritas illius. quia sicut i muliere semel corrupta non potest virginitas reparari. ita nec post tale peccatum gratia baptisimalis. que tunc amittitur recuperari. omnis enim gratia postea data est penitentialis. non tamen baptisimalis. quia homo non potest amplius rebaptizari. sed penitentiam facere.

Ista integritas mentis. tanto est superior integritate carnis quanto anima precedit corpus. sicut enim virginitas hominis preferetur virginitati bruti. sic natura humana nature brutorum. Et ideo sicut aureola datur virginitati carnis. multo magis' alc. Dicẽ. n. beatus Augustinus de ciuitate dei q̃ pauci reperiuntur illius felicitatis digni. vt. s. q̃ retineãt illam virginitatem. Et ỗ dicit. Cum maxima diligentia est cauendũ ab innocentia cadere in mortale peccatum.

Intelligendum est tamen q̃ anima que est in statu baptismalis gratie candidata. habet quatuor priuilegia.

Quorum primum est. q̃ ipsa habet securitatem in suo statu. q̃ sine baptismo obtinere non potest. Unde dum mortaliter nõ peccat est secura de diuina gratia.

Secundum est. q̃ habet facilitatem in suo actu. quia cum sit sine vitijs acquisitis nondum habet promptitudinem malaz ad multiplicanda pcã. ⁊ ỗ faciliter operat bonũ.

Tertium est. q̃ habet velocitatem i suo cursu. quia penas purgatorij velociter trãsit. cum non habeat purgari nisi a venialibus peccatis. que secundum apostolum. sicut palea comburuntur.

Quartum est. q̃ habet amenitatem in suo affatu. quia sicut in statu innocentie vbi nõ erat peccatũ aliqđ erat delectabiliter vñ facere. ita ⁊ in baptizato habente gratiam baptismalez. ⁊ ideo mõ hic appropinquat gratia originali iusticie cum sit in anima innocente. Et ista quatuor priuilegia amittit in naufragio peccati mortalis. secundus Augustinum. vbi supra. Quia sicut post naufragium homo.

ℙPrimo. non habet securitatem de suo statu in aliquo ligno. Ita ⁊ anima post baptisimum minime est secura.

Secundo. homo non habet facilitatez in suo actu. quia cum difficultate magna potest venire ad portus. ita homo post peccatum acquirit in anima promptitudẽ ad peccãdũ. ⁊ ỗ cũ difficultate ẽ habil' ad resistẽ.

Tertio. homo in naufragio non habet velocitatẽ i suo trãsitu velocius. n. cũ nauis veniret ad portum. Ita post peccati lapsus anima tardius transit penas ⁊ purgatoriũ quia peccata mortalia grauissime punit̃.

Quarto. in naufragio habetur tristitia magna. eo q̃ cum magna pena aliquis soluatur post peccati. s. mortalis lapsum cuius magna pena. anima potest venire ad salutem. ⁊ hoc propter originalis iustitie dissipationem. ⁊ propter ista lapsus iste. recte naufragium dici potest. Quantum ad secundam particulam. s. qualiter tabula penitentie sequitur illud naufragiũ. Dicitur q̃ ỉz nulla tabula seperata sit homini necessaria ante naufragium. vt in ea saluetur. ita post baptismum ante peccatum mortale non statim post sacramentum penitentie est de necessitate salutis. q: peccata vẽialia q̃ precedũt homine: dãnari nõ pñt. ỉz statim isto naufragio: vt dictũ est facto illud sacrz ẽ de necessitate saluãt. q: nõ aliter est remediũ hõi post. s. naufragiuz. quo sine aliquo ligno diutius saluari possit. Quãtũ ad tertiã particulã. q̃ sit p̃a tabula post illud naufragiũ necessaria. Dicit q̃ pnia. s. interior. q̃ cõsistit in contritione. q: illud ẽ p̃m refugiũ. post talem lapsuz. q: ỉz Aug. sine interiori pnia nm põt dimitti petrus. ⁊ ista est pnia mentalis. pnia qz spũal'. Quãtũ ad quartã particulã. q̃. s. ẽ secũda tabula. dicitur q̃ ẽ pnia exterior dicit aũt secũda tabula. q: non vz ad salutẽ nisi cũ pnia. p̃a nisi enim qs mẽte pẽitear frustra ore cõfiteat. q̃ vocalis cõfessio dicit exterioz pnia. ⁊ q: p̃s pnia post naufragiũ dicit 2ª tabula ⁊ hinc ẽ quod sacrm pnie qđ consistit in confessione vocali recte dicit secũda tabula post naufragiũ. Cũ sint due table ad naufragiũ ⁊ pniaz ptinẽtes. Iste aũt due tabule fuerũt figurate i lege p duas tabulas legis antiq̃. q̃ dicte sũt tabule testi. de qbs dicit̃. 2. Ex sic p̃a tabula erat respectu bonorum spãliũ vel supnãliũ. ita 2ª tabla respectu nãliũ. Ita hec p̃a ẽ i spãlibus ⁊ 2ª i nãlibus.

Intelligendum est tñ. q̄ quatuor sunt que requirunt ad istius sacramenti integritatē. vt declarat in h⁹ illj. sacre theologie. s.

¶ Causa efficiens.
¶ Causa materialis.
¶ Causa formalis.
¶ Causa finalis.

¶ Causa efficiens istius sacramenti quātū ad ministerij est sacerdos rite cōsecratus. q̄ nullus carens tali ordine. pōt illud sacramentū cōferre. q̄ solum illi ordini date sūt claues ligandi ꝛ soluendi. Unde confessio facta laycō in mortis articulo ꝓpter defectum sacerdotis nō est sacramentū. sed humiliatio. Si aūt per modū sacramenti intenderetur magis obesset q̄ prodesset.

Causa aūt materialis est omne peccatum: tā obmissionis q̄ cōmissionis: tā venialē q̄ mortale: tā cogitatū q̄ cōsumatū vnde merita non sunt huius sacramēti materia cū de ipsis non sit penitētia facienda.

Causa formalis est. Absoluo te quantū ad omne absolubile. q̄ sic ab apl̄is tradita inuenitur. Sig^m aūt trinitatis dicit pti nere adhuc esse fm illa q̄ inueniuntur tradita a beato petro. Causa vero finalis est intentio debita. fm q̄ intentio requirit in omni sacramento. vt. s. conferens intendat facere qđ facit ecclia. q̄ sacramenta fm b. Augu. nō habent virtutē in fide vnius persone sed in fide vniuersalis ecclie. ꝛc.

3ª pars principij 2ª partis

Circa tertiā partem in sermonis negotiandū est circa illius sacramēti institutionem. vbi quinque sunt videnda.

¶ Primo. a quo sit institutum.
¶ Secundo. quibus fit institutum.
¶ Tertio. q̄n fuit institutum.
¶ Quarto. quare fuit institutum.
¶ Quinto. vbi fuit institutum.

¶ Quantū ad primū. s. a quo fuit institutus. Dicendū q̄ de cōfessiōe pcatōrū mētionē faciūt scripture i locis mānifestis. Et pmo i ps. xxxi°. Dixi confitebor aduersū me iniustitiā meā dño. Ista aūt confessio nō ptinet ad sacrū penitentie. q̄ nō fiebat hominī. sed soli dō.

Scōo dan. ix°. dicit q̄ dan in ore confitebat peccata sua ꝛ populi sui nec illud pertinebat ad cōfessionē sacramentalem. q̄ in hac solum peccata popnit ꝛ venialia confiteri debet. Tertio. ecclesiasticus dicit. nō confundaris cōfiteri peccata tua. ꝛ illa confessio nō erat sacramentalis. q̄ sibi videt esse intentionis de confessiōe publica q̄ fit zelo xp̄i ꝛ humilitatis. Quarto btūs Mathæus scribit dicit de baptismo Joānis. q̄ tūc erabat ois hierosolima ꝛ ois iudea: oesq̄ regio circa iordanē: ꝛ baptizabant ab eo in iordane confitētes peccata sua. Et illa confessio non erat sacramentalis: sz sicut baptismus eius erat quoddaz preambulū ad baptismuz xp̄i. Ita sua confessio erat pambula ad vere penitentie sacramentū. De his premissis testimōijs nullus vē ptinebat ad vere penitentie sacramentū. Iz illud figurarent. Jacob⁹ et in cano. sua. c. v. dicit. Confitemini alterutrū peccata vestra. Et Jo. in prima sua cano. ibi. Si confitemini peccata vestra fidelis ꝛ iustus est vt remittat vobis. Nec tñ p hoc qs credere debet. q̄ isti apo^l. illō sacramentū instituerit. sed tm tum predicauerunt sicut sacramentuz baptismi. q̄ lex per moysen data est. gra ꝛ veritas per ihesum xp̄m facta est. Io. p°. q̄ facta est lex noua cum omnibus sacris suis.

secūda pars

Quantum ad secundum quesitum. s. Quibus illud sacramentum institutuz est. Dicitur q̄ oibus d̄ col lege q̄ omnes sūt peccatores. Juxta illud. s. Ioannis. Si dixerimus ꝛcc. Et Jacobus in multis offendimus omnes ꝛ non est remedium contra peccatum post baptismum nisi istud. Ideo dicit xp̄s. Luc. xj. ca. Nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis. Intelligendum tamen est. q̄ in sacra scriptura quatuor modi sunt sanctorum quantum spectat ad ꝓponendum. Et primus est. quia quedā complectunt omnem sexum ꝛ etatem sicut sacramentum baptismi quod obligat virū q̄z sexum ꝛ omnem etatez. vt docet Aug. de fide ad petrum Secundus est. q̄ quedam complectuntur omnem etatem sz nō sexum sicut erat in lege veteri circūcisio q̄ non nisi masculis debebatur. illis tamen secundum omnem etatem vt legitur. gñ. xvij. ca. Tertius est. illorum qui complectuntur vtrunq̄z sexuz. sed non etatē sicut sacrū

vsitate institutum est vniuersaliter pro viris ꝛ mulieribus. tñ nullis de necessitate dēbetur vsq̄z ad annos discretiōis. q̄ hoc sacramentū est remedium cōtra actuale peccatuz vñ. quod nō cōmittitur donec discretio habeatur ꝛc. Quartus modus est. illoꝝ q̄ non cōplectunt vtrunq̄z sexuz: nec omnem etatem sicut sacramentum ordinis soluz pro hoibus ꝛ in etate perfecta constitutis: sicut pz per 1^m membruz quib⁹ hoc sacramentū fuit institutū. ꝛc. Sed aduertē duz est q̄ inuenitur quadruplex status hominuz quantū spectat ad propositum.

Et primus status est in quo potuerunt peccare mortal^r. ꝛ nō venial^r sicut in statu innocentie. vt aūt peccatum fuisse mortale. q̄ ibi peccatum nō poterat cōmitti: nisi ex certa malitia cū ibi nō esset ignorantia: sed gratia accepta cū originali iustitia ꝛ ibi nō debuit esse sacramentuz. q̄ peccatum mortale illud obruebat totaliter. Secūdus fuit status in quo poterant peccare venialiter ꝛ non mortaliter sicut status apostolorū post cōfirmationē spūs san. tūc illud sacramentū erat necessariū. vnde b. Jo. in canonica sua in loco prealligato confessionez peccato⁹ sibipsi indicit. tñ talibus hoc sacramētuz nō omnino erat de necessitate salutis. vt periclitarentur sine eo ꝛc. Tertius status fuit in quo potest peccari mortaliter ꝛ venialiter sic̄ est status coitercredentiū ꝛ i hoc statu hoc sacrm̄ē de necessitate salutis. vnde simoni mortaliter peccanti. dixit petrus actuuz. viij. Penitentiā age a neqtia tua. Quartus status ē. in quo nec mortaliter nec venialiter peccari pōt sicut fuit status. in q̄ no fuit mater dñi ꝛ eius filius ꝛ hoc sacramentū ad illos nullatenus pertinebat. Ideo dicit Azarias in oratiōe sua. Danie. iij°. Tu dñe iustor⁹ nō posuisti pniam iustis hijs qui tibi nō peccauerunt. Quantū ad tertium quesituz Quādo. s. illud sacramentuz fit institutuz. Est aduertenduz q̄ in euāgelio quatuor tē pora nominant. in qbus christus tradidit quadruplicē potestatem.

tertia pars.

Prima. fuit vniuersal ꝛ publica sicut. illam quam tradidit b. Petro. Mathei. xvj. c. Quodcūq̄z ligaueris super terrā

Secunda. fuit particularis ꝛ publica sicut i bidē. Quecūq̄z ligaueritis. sicut enim episcopi hñt potestatē particularē ꝛ publicaz sub romano pōtifice. ita alij. s. apostoli dei habuerūt sub petro. Tertia. fuit potestas caritat̄ in foro priuato. Et illam potestatē tradidit xp̄s apl̄is. q̄n ipsos in sacerdotes ordinauit: q̄ potestas ligādi ꝛ soluēdi ordini sacerdotali ē āncxa ꝛ illa ptās fuit collocata ꝓ oib⁹ sacerdotalib⁹: q̄n xp̄s istituit cucharī^e sacrz. q̄ tūc dixit. Hec facite in meā cōmemorationē. Luce. xxij.

Quarta fuit potestas iurisdictionis priuate ꝛ non publice q̄ xp̄s dedit ad relaxādū ꝛ dimittendū peccata. Jo. xx. Quorum remiseritis peccata. ꝛc. Et in illo vbo dicitur sacramentū pnie institutū. q̄ in eo datur auctoritas dimittendi peccata. Si autez queraī que dies erat illa. Dicit q̄ fuit in die dñica resurrectōis institutū. sicut dic il la. xp̄s fuit a mortuis resuscitatus. ita i hoc sacramēto aia a morte spirituali suscitatur dū trāsit de peccato mortali ad gratiā quā constituit illud sacramētū. ꝛc.

quarta pars

Quantū ad quartū punctū. Ubi illud sacrañtū fuit institutū. Dicit q̄ in Jerusalē. q̄ ibi appuit xp̄s apl̄is q̄n dixit eis verba in quibus instituit hoc sacramentū.

Intelligendū est tñ q̄ in hoc loco fuerit istituta q̄tuor sacrañta hūtia ꝓnctionē ad inuicē. Quoꝝ. s. primū est sacrañtū baptismi. q̄ Iz marci vlt°. fuerit data forma baptismi i mōte galilee. vlt^m tñ ꝓceptū de baptismo datū fuit marci vlt°. asi ascensio nez i mediate in monte oliueti qui est iuxta Jerusalez vnde luce vlt°. dicit q̄ locutus est cum eis pri°. postea duxit eos foras Jerusalē. Secundū. fuit sacramētum eucharistie. q̄ in Jerusalē fuit facta cena in qua xp̄s instituit eucharistiā sicut quatuor euangeliste testant̄. Tertiū fuit sacramentū ordinis. q̄ christus dixit eis in eodē loco vbi cenabat porrigens eis calicem bibite ex hoc oēs. In qua qdē oblatiōne dicitur caracter infundi sacerdotalis. q̄ tunc dixit. Hoc facite in meā cōmemorationē Luce. xxij. Quartū. fuit sacramētū pnie

ſtie.q: ibi vlctū fuit. Jo.xx. Quoꝝ ꝝmiſe ri
tis.ꝛc. Et hūt illa ſacramenta conuerio
nem.q: nullus pōt recipere ſacramentum
pnie.niſi prius baptizet.q: baptiſmus ē ia
nua ſacramētoꝝ. vñ primo ordinat ē poſt
baptiſmū. vt patuit. Nec ſacramentuz eu
chariſtie pōt digne ſūmi ſine pnīa.nec pōt
ꝓfici ntū prehabito ſacramēto ordis. Et ſō
q: ſic cōtra fuerunt conuenīēter in eodē
loco inſtituta.iſte eſt ille locus pnie q non
potuit ille clau ſpūaliter inuenire.ꝛc.vt ha
bet heb.xij.c.q: nō attēp⁹.ſed turbat⁹ erat.

Quantū ad qntū punctū. Quare.ſ.illud ſacramētū fuit inſtitutū introducūtur huiuꝫ ſacramēti inſtituendi qnqz cōditio
nes. Et prima eſt.q: pnia eſt ad peccatoꝝ patrociniū acquirendum,ſic.n.noſ vi
demus q: in cauſis cuilibus ꝯmodis ꝯiter indigent patrociniys :vel iudicibus q ſint virtuē periti. vt penas iuris poſſit euitare ꝛ taſes oz ordinate in ſuas cauſas ꝓcede
re. Ita i ſpūalib⁹ multo magis.ꝛ nō expe
diens eſt ſacerdoti peccata ſua reuelare q ad ea vitanda ſanū cōſiliū dare poſſit pp
q: eligendus eſt ſacerdos doctus q ſciat ꝛ poſſit inter lepꝛaz ꝛ lepꝛaz diſcernere.quia illō ē ei⁹ officiū. vt habeē in li.leui.p totū.

Secūda ratio fuit ad peccatoꝝ purgationē faciendā.ſicut eniz qñ ſumptus eſt ci
bus venē oſus niſi cuomatur ledit cor. ſuf
focat hominē.ꝛ morīē homo. Ideo vomi
tus ē opt⁹ remediū vt cōueniēter.aliter cu
rari nō valeat. Ita cuz peccatū ſit aīe mor
tiferū venenū cū intrauerit ad eā cōueniē
tiſſime curaē per vomitū q fit pleniſſime i cōfeſſione.vnde de illis q quotidie pecca
ta ſua iterant cū ſpe cōfeſſionis dicit ꝯPe
trus ſcā cano.c.3.Canis reuer ſus ad vo
mitū ꝛ ſus lota i voluptabro lut.

Tertia ratio fuit Ad peccatorū multitudinem pecauendā.q: cū ſit difficilimū petā ꝓpria q̄ritcūqz turpia q̄ nā abhoret detegere ꝛ alteri reuelare.cū qlibet cogitet q: alteri oportet de neceſſitate reuelare ſic ſacerdoti.timet ea ꝓpetrare ſicē i manifeſto turpia naturaliter refugimus facere. Unū ꝓpheta dō.q.p modum cōminatiois ſibi ipſi ꝛcrdicens peccatum dī. Q̄m iniqtatē meā ego cognoſco ꝛ c. Quarta ratio ſu
it. Ad medicinam ꝓpām recipiendam q: pena eſt q̄dam medicina ſpiritualis.ꝛ per ipām infirmitas aīe noſtre curatur.ſecundū Augu. Illa aūt infirmitas non curatur p pnie.niſi p medicinam cōtrariam. Et ideo ſicut peccata p̄magna delectatione deglu
iuntur ita opz vt p magnam penam cua cuentur. Nulla aūt pena iponi potuit contra peccata.quā illa.quod patet.q: homines frequēter exponūt ſe dāpnationi eterne pri us quam uelint ſua turpia reuelare. Unde hō. dolor eſt medicina doloris. Unde ſalua
tor noſter p modum medicine induceē ait Luc.v. Nō egent q ſani ſunt medico. ſz q male hūt. Jō dicē Wath.ix. Nō veni vocare iuſtos:ſed peccatores.ꝛ cete.

Quinta ratio eſt.ad placandū diuinaz fracūdiā que cōcitaē p peccatuz.q: nullus actus eſt ita placatiuus ſicut actus humilitaē extreme.vñ q volūt tras hoīuz placaē ſolēt ſe deicere ꝛ humiliare ſe vilificando. vnde fuit Benedab volētes placare regez iſrl poſuerūt ſaccos in lūbis ſuis ꝛ funiculos in capitibus ſuis: qa actus ille in quo hō nō ſolū vult vilitatē ſuā recognoſcere: ſz etiā mālfestare eſt ſūme hūilitatē ꝛ abiectiōis. Etiā ē̄ꝫuenīētiſſim⁹ ,p actu rēuiſōis. Et tō.b.pe.loquens de illo ſacko in cano. ſua p⁹ dicit q: deus nō vult aliquē pire. ſz ad pniam puenire ne peat. Circa tertiaz ꝑtē fmōdis negociādū eſt circa illi⁹ ſacki ſuſceptionē. Et quātū ad hoc ſunt alia qnque inueſtiganda. 3ª ꝑs ꝓcipa

Quoꝝ primum eſt. quot modis poteſt illud ſacramentum ſuſcipi,

¶Secundū eſt.qualiter oz ſuſcipi.

¶Tertiū eſt.quomodo oz ſuſcipi.

¶Quartū eſt.quotiēs oz ſuſcipi.

¶Quintū ē quomodo ſeruaē iā ſuſceptū.

¶Quātū ad primū.ꝛuenit penitētē q̄m ad iſtud ſackm ſe hīe quadruplicer.

ꝯPrimo modo. vt recipiat ſackm ꝛ rez ſacki. ſicut q̄ñ accipit cū bōa cōtritiōe ꝛ accipit illud ſacramentuz in ſancte trinitatis noīe abſoluē .ꝛ rez ſacri. q: ſupple gratia que dicit res illius ſacramēti infundit.

Secundo.vt recipiat ſacramentū ꝛ nō

rē ſacramēti:vt qs fictus aūt ſine cōtritiōe accipit.tūc eniz ſacramentaliter abſoluit ꝛ ta
men ei gratia non infundit:ſz acquirit ibi cul pa ꝛ peccat mortaliter.q: ois q accipit. vel accedit ad ſacramētū ꝫ naturā illi⁹ ſacramenti cōmittit ſacrilegium.

Tertio mō. vt accipiat rē ſackī ꝛ nō ſacramentū:ſicut ille q accedit ad illū.q non pōt cuz abſoluere credens ipſuz eſſe qualis nō eſt ex ignorantia inuincibili⁹. vt pote ſi aliquis non ſacerdos:ꝛ tñ fungerē officio talis.ꝛc.recipiet gꝛaz ꝛ abſolutionē ſine ſacramēto.q: deus ad impoſſibile nullū ob ligat.ſz Hiero⁹. Quarto mō vt nō accipiat ſackz nec rē ſackī:ſic cū qs fictus vadit ad nō hītez ꝓtātez:talis ñ recipit gꝛazcū obicē pōat.nec ſackz cū nō ad debitā ꝑſonā que miſterium cōferre nō ꝑoteſt ſic cā illa quatuor in ſacko baptiſmi ꝛ euchariſtie diſtigutur⁹. Et iſta 4ª atqz ſcā ifructuoſa eſt pnīa:q: ſicut illa iudē de qua dī Mat. xxvij.q: pnīa ductus reiulit.xxx.argēteos

Quātū ad 2ᵐ pūctū eſt. aduertendū q illud ſackz accipi oz mō'cōditionata.ſz q̄druplicē cōditionē ꝛ qualitatē. q: cōfeſſio pītalis oz eſſe.

Primo.amara amaritudīne triſtitie. q: ſic culpa p delectationē cōmiſit.ita p triſtitiā tāq̄ p oppoⁿ pena diluit.vñ i pſona hoīs penitentis dī. Jere.3°. Repleuit me amaritudinib⁹ inebriauit me abſinthio.

Secundo.oz eſſe ſana ꝛ plena ne pallientur:neqz circūuellent petā ſz agraueńt. q: ſicut bona ꝛ ñfciⁿ eſt illi culpā agnoſcere vbi culpa nō eſt.ſm Brego.ita ꝛ culpā reputare ſicut faciebat ille q dicebat. Inigitates mee ſupgreſſe ſunt caput meum.

Tertio,debet eſſe venerandaꝛq: naturalis erubeſcentia eſt de omni re turpi : vt in primis parentibus patuit.q: mox:vt turpia perceperunt ꝛ erubeſcere ceperunt.ꝛc. Sed nullus pōt eſſe atritus niſi de turpitudine ſuoꝝ peccatoruz erubeſcat ꝛ doleat vnde dicit Jere in perſona hominis penitentis. Ē cōfuſus ſuz ꝛ erubui vnde ſuſtinui obꝓbriuz adoleſcentie mee. Jere.3°.ꝛc.

Quarto.debet eſſe integra ꝛ perfecta ꝛ non ſolum omnia peccata ſed etiam circūſtantias peccatorum agrauantes:propoſſe exprimat.q: deus nunq̄ fecit aliqd impſecte.vñ treno. 2° dicit anime penitēti. effūdē ſicē aqua cor tuū ante cōſpectū dei.

Quantū ad tertiū punctū. Intelligenduz eſt.q: illud ſackm debz accipi cū quatuor cōditionibus ſpūm perficientib⁹. tertiū pūctū.

Quia primo accedens ad pniam debz habere propoſitū obediendi.qa ex quo aliquis in aliqua cauſa eligit aliquē iudicez preceptis iudicis debz parere.vñ de vtcr. xvij.q ſuꝑbierit nolens parere ſacerdotis imperio morīē. Maz peccatū mortale cōmittit q ſacerdoti in his que ptinent ad ſackz non obedit ſz rectā regulā rationis.ꝛc.

Secundo.debet habere propoſitum nō peccandi.q: nullus recipit veniam de peris q perpetrare intendit.tales.n.ſimiles ſunt illis.quib⁹ dicit.2.pe.3°.Canis reuerſus ad vomitū.ꝛc.

Primo dico q̄ christus iustus iudex in iudicio vltimo habebit familiam minorem sicut angelos de quibus dicitur dan. septimo. Mille milium ministrabāt ei &c. Et Augustinus de ciuitate dei li⁰. 20. ca⁰. 20. Dicit q̄ hec congregatio per ministerium angelorum fiet de quibus dicitur in ps. Congregate illi sanctos eius & ceteri.

Secundo habebit familiam maiorem .f.illos qui in sententia assistent de quibus vbi supra. Et decies centena milia assistebant ei. Et Aug⁹. de ciuitate dei. Descendet cum ãgelis alios euocabit de supernis locis ad faciendum iudicium ꝛcete.

Tertio ẽt habebit inimicos q̃ sententiã frequentur. ꝛ hii erunt demones qui males secum ad infernum deducent. Unde Augu. lib°. xo. de ciuitate dei capi. vij. De dyabolo loquens ait. Nam seducere gentes nunc ꝛ secum trahere in eternam penã potest. Possunt etiam tales executores eẽ boni angeli. vnde Augu. seperabunt impios aptis per bonos angelos. quia officia vindicte possunt implere boni. bono animo. Sed officia misericordie non possunt implere mali angeli. i. diaboli ꝛcc.

Quantum ad quintum principale .f. qui erunt testes sinistre iudicis. Dicendum est quod triplex genus testiũ erit sibi. scilicet.

Primo vniuersitas angelorum de quibus dicitur Math. xv. Cum venerit filius hominis in sede maiestatis sue. ꝛ omnes angeli cum eo.

Secundo vniuersitas beatorum de quibus etiam. vbi supra. Cum venerit filius hominis ꝛc. Et sequitur. Sedebitis ꝛ vos super sedes duodecim ꝛcete. Et non solum duodecim vt dictum est. sed

Tertio vniuersitas sanctorum secundum Augustinum. xo. de ciuitate dei. ca°. v. Qui verbum predictum pertractãs ait. Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait duodecim homines solos ea illo vindicaturos putare debemus duodenario numero vniuersa, quedam signata iudicantium multitudo propter duas partes numeri septenarii. que signat plerunque vniuersitas que due partes in tres ꝛ in quatuor multiplicitate duodecim faciunt. Nam ꝛ quater ter. Et ter quatuor duodecim faciunt. Item zacha. xiiij. Veniet dominus omnesq̃ sancti cum eo ꝛcete.

Quarto vniuersitas populorum. vnde Math. xv. vbi supra. Congregabũtur ãte eum omnes gentes ꝛc.

6°pmi patuit

Quantum ad sextum principale .f. qui erunt testes delicti. Dico q̃ erunt in triplici differentia.

Quia primus erit supra se. f. deus qui omnia intuetur qui ait Jere. xxiij. De se ipso. Ego iudex ꝛ testis dicit dominus.

Secundus erit intra se. f. propria conscientia. vnde Augustinus. Quis quis iudicem times presentem conscientiam cole sensus enim testimonium conscientie tue est. dabit enim testimonium de operibus nostris bonis conscientia. iuxta illud apoc. i. Corin. vi. Nam gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre ꝛcetera.

Tertius erit iuxta se. f. angelus custos. iuxta illud iob. xx°. Revelabunt celi iniquitatem eius. Item Cri. super Mathe. omi. xxv. Omnes angeli aderunt testantes ꝛ ipsi quantum ad ministrauerint missi a domino ad hominum salutem.

Quantum ad septimum qui sunt iudicandi. Dico q̃ iudiciũ tripliciter accipit. f.

Primo modo pro dãnatione ꝛ illo modo accipit saluator. Jo. v. ca. vi. Amen amen dico vobis. Quia qui verbum meum audit ꝛ credit ei qui me misit habet vitam eternam. ꝛ in iudicium non veniet sed transibit de morte ad vitam. q̃ verbum pertractans Augu. in libro de ciuitate dei li°. xx. capi. v. ait. Ecce hic dicit fideles suos ad iudicium non venire. quomodo ergo p iudicium separabuntur a malis ꝛ ad eius dextram stabunt nisi q; hoc loco iudicium posuit pro dãnatione. in tale quippe iudicium non venient. quia audierunt verbũ eius. ꝛ credunt ei. qui misit eum. illo iudicio iudicabuntur mali. vnde ysa. liiij. capi. Omnem linguam resistentem tibi iudicio iudicabis. ꝛcetera.

Secundo modo pro sententie promulgatione. ꝛ illo modo accipitur illud apostoli. Surgite mortui venite ad iudicium. f. ad promulgationem sententie. ideo isto iudicio iudicabunt nõ omnes vti. Ad omnes enim malos dicetur. Ite maledicti in ignẽ eternum. ꝛ bonis econtra. Venite benedicti. Sed non ad beatos. quia nõ diceretur venite his qui iam venerunt. nec percipite his qui iam perceperunt. Sed sancti quite his qui iam perceperunt gloriam in iudicio illam tenebunt. cum hec sit vita eterna. vt cognoscant te deum ꝛ q̃ misisti iesum christũ Jo. vij. capi. Et ideo non accipient. quia iam acceperunt. sicut nec venient. Quia iam venerunt. In dãnatis autem non sic. quia aliqui ibunt ad penam in qua nunq̃ fuerũt ꝛ alii reddibũt ad penã qui ad ea saltẽ quo ad locum vocati fuerãt ad iudiciũ Jõ bene dicitur his qui de nouo vadunt ꝛ his qui iterum reddeunt. Ite maledicti ꝛc.

Tertio modo accipitur iudicium. non pro actu iudicandi. sed pro effectu. f. iudicij f. pro retributione que est duplex. f. in malis pena. ꝛ in bonis gratia de qua saluator loquitur in Joanne vi. Filius quidem hominis venturus est in gloria patris cuz angelis suis. ꝛ tũc reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Isto iudicio iudicabunt etiaz omnes angeli. Unde apostolus prima corin. vi°. Nescitis quia angelos iudicabimꝰ q̃ nõ potest intelligi nec de primo modo iudicij nec de secundo. vt ex iam dictis patet. ergo de tertio. quia omnis creatura rationalis vel habebit penam vel gloriam que est effectus iudicij. ꝛ illo modo accipitur iudicium in tertio membro.

Quantuz ad octauuz. f. de quibus debz iudicare. Et sciendum q̃. f. Aliqui accipient iudicium damnationis de multis malis sine vllis bonis. Et hii accipiunt iudicium sine misericordia. De quo vi. Jacobus in canonica. secundo cap°. Judicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. ꝛ cete. Aliqui accipient iudiciũ damnationis de multis malis. cum aliquibus bonis. Et isti accipient iudicium illud cum misericordia. de quo saluator ait Luce quarto capitulo. Amen dico vobis q̃ remissius Tyro ꝛ sidoni in die iudicij. Aliqui accipient iudicium de multis bonis sine vllis malis. ꝛ hij accipient gloriã sine defectu.

Quantum ad nonum priuilegium. f.

Qui erunt testes delicti siue accusatores. Et est sciendum q̃ erunt ibi 3. accusatores siue testes. Quorum scilicet primus erit diabolus. Unde Augustinus prestatãc erit diabo⁹ rectãs rẽba nre p'fessiõis ꝛ obiciens nobis quecũq; fecimꝰ ꝛ q° loco ꝛ in qua hora. ꝛ quid boni tunc facere debuimus. Tunc etiã dicturus est ille aduersarius. Equissime iudex iudica illum esse meum ob culpaz qui tuus voluntate esse noluit per gratiam. tuus est per naturam sed meus est per miseriam. tuus ob passionem meus persuasione ille fuit tibi in obediens ꝛ mihi obediens. ergo iuste ꝛ equissime iudex iudica hunc meum esse vt cum diabolo iuste dãnetur.

Secundus accusator est proprium scelus. vnde. sap°. ca. Veniet incogitationem peccatorum suorum. ꝛ traducẽt illos ex aduerso iniquitates eorum ꝛcete. Item Ber. Tunc eloquentia simul cũ opera dicent. Tu nos egisti opera tua sumus non te deseremus sed semper tecum erimus. ꝛ tecum ad iudicium pergemus. ꝛ sic peccatorem oia. eius crimina cum accusabũt.

Tertius accusator erit totus mundus. vnde Cri. In illa die nihil est q̃ respẽdeamus. vbi celum terra. aqua. sol. ꝛ luna. dies ꝛ noctes ꝛ totus mundus stabit aduersum nos in testimonium peccatorum nostrorum. etiam si omnia tacerent ipse tamẽ cogitciones nostre ꝛ opera stabunt aduersum nos. ante deum fortiter accusantes.

Quantum ad decimum priuilegium. f. Si erũt pro nobis aduocati tempore iudicij. ꝛ ce. Dicendum q̃ non si discurimus per illos qui possunt esse. f. Quia primo. non angeli. Si enim aliquis angelus deberet esse ille qui est custos anime nostre esset sed hic non erit. imo erit testis contrarius contra peccatorem. Secundo. non beati. quia erunt: vt dictum est testes cõtrarij cõtra peccatores. Tertio. nõ iudex ipse christus. q: nullo iure iudex videri ꝺz ẽ aduocatus. Quarto. nõ damnati. q: sunt inimici dei ꝛ ideo non habent bonum aduocare pro aliquo coram tali iudice. q: non

randitur aduocatus qui editur. ymo ex hoc iudex potius prouocatur: tolite etiaz ad uocando de rogat secūdum iura cause ꝛc.

vndeci. edifi.

Quantum ad undecimum principale. Quicquid erit sententia. Dicendum est q̄ iusti habebunt illud vbi est omne bonum s. vitam eternam. Mali autem illud vbi est omne malum scilicet penam eternam. Math.xxv°. Ibunt hi scilicet mali in supplicium eternum. Justi vero in vitam eternam. Sed notanduz est q̄ malorum duplex est pena inter aliquas scilz.

Prima est ignis eternus. iuxta illud Math.xxv. Ite maledicti in ignem eternum ꝛ cetera.

Secunda est tenebra perpetua.

Tertia est fletus infinitus de quibus duobus simul habetur Math.xx. capitu. Mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletꝰ ꝛ stridor dentiuz. Qui de cecitate gaudēt illic oculi desiccant qui circa illicitas concupiscentias versabantur quatenus singula membra supplicio subiaccantur. que hic singulis quibuscunq; vicijs subiecta seruiebant.

duode. ēfide°

Quantum ad duodecimū q̄ ē ultimū scilicet. Si erit ibi aliqua excusatio. Dicendum q̄ non. Quia nullus se excusat de crimine obiecto nisi peccatum abscondendo. vel iudicem fallendo. vel verbis blandiendo. sed ibi illa esse non poterunt propter tria.

Nam primo peccatum iudici non poterit occultari. q: vt ait apls hebr. iiii. Omnia nuda ꝛ apta sunt oculis eius. Et Hieronymus ait. aderit dies illa in qua facta nostra quasi in quadam tabula picta demonstrabuntur.

Secundo iudex non poterit falli. quia ipse est ille de quo dicitur q̄ nouit in tenebris constituta. Unde leo papa. Ista est sententia scilicet summi iudicis. Iste tremendus aspectu cui per rarum est omne solidum ꝛ apertum omne secretum. ꝛ muta respondent. silentium confitetur. ꝛ sine voce mens loquitur ꝛcc.

Tertio nec blandimentis poterit inclinari. q: vt dst. ho. 94. Iudicat populos in equitate. Item etiam Augustinus. Exercitatur dies iudicij. vbi aderit ille iudex equissimus. qui nullius potentis personarum accipiet. Ite Bernardus. Veniet vbi ea illa in qua plus valebūt pura corda q̄ astuta verba. Et plus conscientia bona quā marsupia plena. Ibi enim erit iudex q̄ nō falletur verbis. nec flectetur donis. Et in tantum apparebit turbatus ille iudex scilicet christus q̄ etiam iusti timebunt. Sed illius audita voce benigna. s. Venite benedicti patris ꝛcete. Tunc gratulabuntur in infinitum. Quod nobis concedat iesus christus. Amen.

¶Tractatus super missus est.

In mense autem sexto missus est angelus gabriel. Luc. p°. capitu.

Quia instante deuotissimo tempore aduentus domini ꝛ saluatoris nostri iesu christi consueuerunt mentes fidelium aspirare ad laudes sanctissime matris eius. Ideirco in presenti alijs occupationibus resecatis ad historiam annunciationis angelice que hoc tempore legitur ad laudem virginis supradicte per vrgens animum disposui auxiliante eius filio lectionem hanc iuxta modicitatem ingenij mei more solito commendare. Nūc igitur ad propositum accedendo est notandum q̄ in hac lectione duo principaliter describuntur.

Primo quidem euangeliste narratio quasi loco prohemij vsque ad locum illuz in clusiue. Ingressus angelus ad eaz dixit.

Secunda describitur angeli ꝛ virginis mutua collocutio quasi loco tractatus ab eo loco. vbi dicitur. Aue gratia plena vsque ad illū locū ꝛ discessit angelus ab ea.

Circa primam partem sunt duodecim misteria consideranda.

Primum de temporis oportunitate. ibi. In mense autem sexto.

Secunduz de nuntij singularitate. ibi. missus est angelus gabriel.

Tertiū de mittētis auctoritate. ibi. a dō

Quartum de ciuitatis congruitate. ibi. in ciuitatem galilee.

Quintum de ciuitatis proprietate. ibi. cui nomen nazareth.

Sextū d̄ pucle integritate. ibi. ad virginez.

Septimum de ipius virginis sanctitate. ibi. desponsatam viro.

Octauum de ipius sponsi nobilitate. ibi. cui nomen erat Joseph.

Nonum de utriusq; coniugis nobilitate ibi. de domo dauid.

Decimum de ipius sponse vocalitate ibi. ꝛ nomen virginis marie.

Undecimum de ipius angeli introcessione. ibi. ꝛ ingressus angelus.

Duodecimuz de ag̃li locutiōe. ibi dixit.

Primum misterium est de temporis oportunitate cum premittitur. In mense autem sexto. Et dicitur iste mensis sexꝰ non quidem in anno sed ipius annunciationis in numero mensium paganorum iste mensis erat tertius. Et in numero iudeorum erat primus. Sed dicitur ad litteram mensis. vi. a conceptione beati. Jo. bap. de qua in principio capituli facta est mentio. Et ideo dicit angelus ad virginem parum infra. ꝛ hic mensis est. vi. illi que vocatur sterilis. De qua est intentio euāgeliste astruere quatuor ercellitas vitates. Prima q̄ inter conceptionē Jo. bap. ꝛ xp̄i fluxerūt. vi. menses. q: dicit in mēse ait. vi. referēs hoc ad tp̄s cōceptionis sancte helisabeth. i mediate precedens. Secda q̄ inter tepus cōceptionis dñi ꝛ natiuitatē dti Jo. fluxerunt tres mēses. q: ait. mēses potuit coiter iter cuiuslibet cōceptionē ꝛ natiuitatē. Et ista māsio dti Jo. i vtero materno hūit ser mēses añ xp̄i cōceptionē. postea tres. Tertia q̄ a natiuitate dti Jo. vsq; ad natiuitatez xp̄i fluxerūt ser mēses. q: eti nouē sint mēses hitationis hūanc. i vtero mrno sic tp̄s hūit tres ante Jo. natiuitatem ita hūit. vi. post ipsam. Quarta q̄ xp̄i hitatio i vtero mris fuit cōmēsurata in hitatiōi aliorū holum naturaliter cōceptor: vt ostēdit q̄ xp̄s verā carnē de sua mre sumebat. In cuius vtero augmentū successiuum sumebat ut de curſu nouem mensium pp integram cōsubstātia statē placeā xp̄i ad suam. beatam matrem in tanti temporis augumento. Jō dicit apostolus galat. iiii. ca. Factū est mulierē factum sub lege. Iste etiam mēsis d̄ q̄ hic loquit euangelista cū dicit. In mense añ sexto est mēsis martij q̄ ad nos. q. mensis fuit illustris. De quo require supra in sermone annuntiat: ōis incipiēs. Annuntiaui ꝛ locutus sum ꝛ consideratione quarta. Et ideo cū iste mensis sit ita solemniter illustratꝰ ꝛ sup alios menses volēs ostēdere sicut etiaz temporis oportunitatem. s. in mense ꝛ quo. i. in marcio. Et si dicat quo modo p mensem sextū intelligatur mensis martij. Respōdet q̄ cōceptio beati Jo. bap. ad quā reducit iste numerus senarius facta fuerat die. xxiij. mensis septembris. vt probat ex eius natiuitate cōparata ad eius conceptionē. sicut cōparat natiuitas xp̄i ꝛ eius matris ad suas conceptiones ꝛ ideo p mensem sextū dat intelligere marcium a conceptione beati Jo. sic numerādo Sed notandum q̄ habita certitudine de mense fuerunt quatuor questiones de breuiori tempore. Prima. de septimana. s. qua septimana ultimi mēsis fcā fuit ista annūtiatio. Et dr q̄ incipiēdo qualibet septimanā a dñica sic̄ docet lex dina. gñ. p°. c. Facta ē vespe ꝛ mane dies vnus. ꝛ tūc cursum. b. p dñica. vt probat ex oratione chaldaica. Ista annūtiatio fuit fcā i 3ª septimana martii. vt p3 ex dictis sci Aug. iii°. li°. de trī. Ad denotādū q̄ tp̄s icarnatꝰ ē i 3ª tpe qđ dr tp̄s ēē gre. Est. n. triplex tp̄s. Primū nature qđ duraūt ab adā vsq; ad moysē.

Secundū scripture qđ durauit a Moyse vsq; ad christum.

Tertiū gratie qđ durabit a xp̄o vsq; ad finē mūdi. Cū. n. sm Augu. vbi supra. tria tēpora distinguat diuina scriptura. s. primū ante legē qđ dicit tēpus nature. Secundū. sub lege qđ dicit tempus legis scripte

Tertiū. post legē qđ dicit tēpus gre in quo xp̄s fuit incarnatus sicut in tertia septimana mēsis martij. Secunda questio si dic. s. q̄ die septimane facta fuit hec annūtiatiō Et dicitur cōiter q̄ feria sexta. Quia eā die dies annuntiationis que ꝛ passionis dñi fuisse. sicut probatur per dicta Augu. vbi

supra quamuis pro se ista nota sufficiāt tamen cōmunis sententia ita habet. Que sexta feria ḡdruplici priuilegio est sublimata.

Primus. qz ista die fuit primus homo factus de terra in maculata. Ita t secundus ca die de virgine in temerata secundū deductionem beati Andree ad egeam.

Secundum. qz populus hebreo. a seruitute egritie liberatus. quia feria. v. ad vesperū credimus ymolasse pascha t sabbato trāsisse mare Rubrū scōm dicta dñi Bre. t sexta feria recessisse post pascha celebratū.

Tertium. qz feria. vi. fuit xp̄s a magis veneratus. Constat enim ipsum natum fuisse die dominica. Et per ysis in. xl. dle sequenti celebratur epiphania in sexta feria qua die fuit veneratus.

Quartum. quia tali die fuit mortuus t sepultus. vt patet Jo. xi. ca°. Tertia q̄stio. t de die mensis c dicē q. xxv. die mēsis. qz tunc dicitur esse. 8. chalendas aprilis Quo die secundum Augustinum vbi supra xp̄s fuit anunciatus t passus. t ista dies creditur a nonnullis esse illustrata de illo sublimi miraculo quo deus mundū creauit. Quia tali die qualis est. xxv. die mensis marcij mundus fuit creatus. t non potest intelligi nisi de prima die qua mundi creatio fuit incepta. qua. s. deus creauit angelos t lucem colorem corporalem. Quia in sex diebus fuit profecta creatio mundi t non in vna die tantum. Et istud miraculum fuit ad propositum. quia ista die fuit anima christi non solum creata ad similitudinem angelorum. sed illuminata vltra perfectionem ipsorum.

Quarta questio de hora. t dicitur communiter q̄ hora completorij. qua dies aduesperascit sicut fuit declaratum super. gñi. Quamuis non sit clarum per scripturas. hoc etiam dicit. d. Bonauentura de balneo regio. hoc etiam tenet ritus ecclesie in pluribus partibus pulsando auc maria illa hora. s. completorij. Que hora est quadruplici honore illustrata.

Primo. quia hac hora fuit sol creatus quia in die creationis premittitur vespere ante mane secundum quandam opinionem super gñi. recitatam. vt sol dicitur factus est vespere t mane dies. xliij. t istud fuit conueniēs vt ea hora qua fuit formatus sol lucis corpore ex prima materia formaretur etiā sol iustitie ex virgine illibata.

Secundus. quia hac hora fuit christus consecratus in sacramento eucharistie cenante xp̄o in vespe. vt p3 Math. xxvi. cā.

Tertiꝰ. qz agnus paschalis hac hora fuit ymolatꝰ p3 exo. xii. c. In ritu pasce t mādatus t fuit figª p̄cedēntis māducatiōis.

Quartus. qz hac hora fuit christus sepultus t lamentatus. patet Math. xxvij. capi. Et ideo ista hora est nobis inter ceteras deuotissima. Sed occurrit difficultas. qz dicitur sapientie. xviij. capi. Cum enim quietum silēciū contineret omnia t nox in suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuus domine de celo a regalibus prosiliuit. Ex quo dicto accipitur qō christus fuit incarnatus in media nocte. t sic cum hora anunciationis patente virgine cōsensum dei filius fuerit incarnatus secundum dicta sōrum videt q̄ ista annūciatio nō fuit facta hora cōpletorij sed hora noctis media q̄ dī hora matutina. t dī fm istam opinionē q̄ hec annūciatio fuit incepta hora cōpletorij. t hora matutinali fuit incarnatio celebrata. t sic. oz dici q̄ locutio angli cū v̄gine veneranda durauit ab hora cōpletorij vsq; ad mediā noctē. t sufficit breuitate scribere v̄bo⁹ finiam sicut in multis exēplis sacre scripture hēmus. q̄ illa q̄ ītēgissimo tpe sunt patrata breuissima pagina sunt descripta. Alij dicūt q̄ pª hora fuit anūciatꝰ t hora tertia fuit ꝓceptus Sic̄ illa hora p̄mus hō fuit ꝓductus. Sed hec opinio nō videt bñ posse saluari in auctoritate supra dcā. Cū mediū silēciū ꝛcc. In q̄ videt q̄ i media noctis hora filiꝰ dī venit in v̄ginē t tūc fuit incarnatus t cōceptꝰ. forte dicēt q̄ illa auctoritas intelligit ō aduēm ex vtero v̄ginis in mūdū t nō ivterū v̄ginis ex sinu pris. Et dī q̄ auctoritas videt sonare oppoᵐ. qz dī de celo a regalibus sedibus venit. i. a sedibꝰ trinitatis t forte dicetur q̄ vterus v̄ginis fuit sedes filij te dicetur q̄ vterus v̄ginis fuit sedes filij dei. de istis opinionibꝰ tollite quā vulg ꝛcc

Secundum misterium de nuntij singularitate. cum sequitur. missus est āgelus gabriel. Est notandū q̄ angelus tenebrarum aliquando transfigurat se in angelum lucis 2ª. cor. xi. ca. Sathanas transfigurat se in angelum lu. io. Ad intelligentiam istius dicti est notandum q̄ omnia nomina angelica in diuina scriptura exposita sanctis patribus reuelata terminantur in. l. ad de notandum vltimatam coniunctionem q̄ sancti angeli habent cū deo in vnione beatifica. Istud enim nomen el in hebreo idem significat q̄ deus in latino. Et notādum q̄ quatuor nomina angelorum reperiuntur in scriptura sacra.

Primum michael. Dō interpretatur quis vt deus quasi per modum administrātis vel operantis secundum excessum. Et istud nomen habetur dañ. io. ca. Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium meum.

Secundum est raphael q̄ interpretatur medicina dei t habetur Tobie. iii. ca. Ego sum raphael angelus vnus ex septem qui astamus ante dominum.

Tertium est vriel q̄ interpretatur ignis dei t dei incēdium q̄ est abur quod est ignis. Et istud noem non. inuenitur in scriptura canonica tamen ponitur in tertio esdre. quem reperitur beatus Amb. allegasse. Et beatus Hieronymus istud nomen ponit in suis interpetationibus t papias.

Quartum est Babiel q̄ interpretatur fortitudo dei de quo dañ. viij. ca. Babiel fac intelligere istam visionem. Et notandum de isto nuntio. quia primo conueniens fuit deo mittenti qui est rex regū t dominus dominantium apoc. xvij°. capi. Et ideo dicit. p̄s. lxx. Mctro. v. Qui facis angelos tuos spiritus t ministros tuos ignem vrentem. Secundo fuit conueniens virgini suscipienti. eo qz primo virginitatem nouerat. Et sic angelicam in terra inchoauerat vitam Hieronymus super luc. Bene angelus ad virginem mittitur. q̄ angelis semper est cognata virginitas. in carne enim esse t preter carnez vicere angelica vita est non humana. Et notandum q̄ iste nuntius venit ad anunciandum diuinum misterium scrutinium: consilium: studium t modum. vnde iste nuntius diuinus nō quicūq; sed ille de quo prouer. xxv. ca. Anima sicienti aqua frigida nuncius bonus de terra longinqua vere longinqua quia de terra viuentium ad terrā morientium verba vite portauit. vt sibi dicatur. Jo. vi. capi. Verba vite eterne habes t fuit aqua frigida anime sicienti. Quia sitientibus salutem fontem aque viue nuntiauit Jo. iiij. ca. Aquam quā ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Istud autem nomen Gabriel habet quadruplicem interpretationem ex beatum Jero. Prima fortitudo dei q̄ huic anunciationi conuenit. quia cōceptio facta in anunciatione beate virginis nō fuit facta virtute humana sicut cetere anunciationes sed virtute diuina q̄ potest duobus modis intelligi. Primo q̄ virtus que est in deo formaliter peregit hanc cōceptionem. Secundo q̄ virtus a deo infusa causaliter in virgine istud opus perficerit. Et isto modo dicē damascenus i suo.

Tertio sentētiarum. Dō spiritus sanctus contulit sancte dei genetrici virtutem concipiuā verbi fm illud promissum angeli. spūs scūs superueniet in te. quantum ad primum modum. t virtus altissimi obumbrabit tibi quantum ad. secundum Quibus melius intelligatur hoc factum fuisse per virtutem diuinam assistentem virgini q̄ per insistentem formaliter in corpore virginis. Secunda est. virtus mea deus. q̄ etiam huic anunciationi conuenit. qz magis videtur fuisse ostensa dei fortitudo t ōipotentia in ista anūciatiōe q̄ in mundi creatione. eo qz plus distat deus t hō quā vniuersus t nihil. eo qz ibi ē infinita distātia positiua t hic finita ꝓp finitatē positiue entitatis. Jō plus est facere de hoc deū q̄ q̄ nihil sit ens. Et dī hō fuit factus deus in misterio incarnationis. Sic̄ illud qō erat nihil fuit factū vniuersum miraculo creationis. vñ pro reuellatione istius misterij dicit dañ. io. c. Verbū reuelatus ē danieli.

& fortitudo mea. Tertia est confortatio mea deus & conuenit etiam huic. qz sacramentum incarnationis est archanū oīm rationi & ignotum omni meriti & in ennarabile omni verbo etiam summo seraph. sicut dicit beatus diony. li. de di. no. ca. 3°. Et ideo sacratissimus gabriel ad apprehendendam tantam celsitudinem sacramenti transcendentis ipsius intellectum indiguit fortitudine diuina. vt dicat cum propheta ps. 116°. Mecum dominus & factus est mihi in salutē.

Quarta est confortatio mea deus & cōuenit etiam huic. qz sicut istud sacramentum ineffabile transcendit mentem angeli eam multo magis transcendit mentem humanam. Et qz hoc habebat addiscere beata virgo angelo docente. Ideireo ego adhuc ignara celestis arcani indiguit diuina virtute ipsius mentem confortante. vt posset percipere tam altissimum sacramentum.

Ideo dicit Bregorius super lucā. Confortatum est cor virginis in quo diuina misteria angelo nunciante suscepit. s. ipsa virgo. Sed queritur. Primo vtrum istud nomen gabriel sit nomen persone vel officij. & dicunt aliqui. Quod officij tantum sicut angelus. quia missus aut archangelus. quia princeps angelorum. Istud tamen non videtur conuenies. quia beatus Augustinus dicit. 4°. de trini. dō ab eodem angelo fuit annunciata natiuitas beati Joannis baptiste & christi. quod non haberetur ex textu nisi gabriel esset nomen persone. Queritur Secundo. vtrum iste angelus fuit de supremis mediis aut de infimis Et dicitur secundum Bernardum qō magis videtur fuisse de supremis cum missus fuerit ad tam altum negotium pertractandum. Et solēniores nunti solent mitti ad solēniora per tractanda negotia. Et istud fuit maius negotium quod vnquam fecerit deus secundum Augustinum. 13. de trini. ergo &c. Et Bregorius i omelia. Ad matrem virginem non quilibet angelus. sed gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe misterium summum angelum venire dignum fuit qui summum omnīū nunciaret. Queritur Tertio. in qua effigie iste angelus apparuit. Et dicit Crisostomus per Matth. q in effigie humana. d. Non autem angelus post partum annuntiat virgini ne nimium cr inde turbaretur. Et iō ante conceptionem illam alloquitur non in somnis ymo visibiliter assistit. Maz quasi valde magnam relationem accipiēs agebat ante rei euentum visione solemni illa. Et sic patet q in specie humana & visibili apparuit & locutus est virgini. Queritur quarto. Quare in vigilia apparuit virgini & Joseph in somnis. Et dicitur. Quia oportebat q virgo consensum daret. Joseph autem sufficit ille consensus quem habuit post somnum in erequendo visa angeli. Queritur. 5. Quare zacharie in vigilia apparuit & Joseph in somnis. Et dicitur. quia zacharias non habebat tantam fidem sicut Joseph virgo autem bene tantam sicut Joseph. sed oportebat q consentiret & verbo exprimeret Et notandum q iste gabriel dicitur fecisse quadruplicem annuntiationem exemplificādo apposterioi.

Primam quidem annuntiationem domini. vt patet hic.

Secundam Jo. baptiste. vt patet in pncipio istius capituli.

Tertiā beate virginis ad sanctaz annā.

Quartam eiusdem ad suum patrem sanctum Joachi. Iste autem due vltime non probantur in sacra scriptura. Sed argumentantur ex hoc. quia maioz fuit conuersio misteriorum que fuerunt in generatione sancte dei genitricis ad misteria generationis christi. quam conuersio misteriorum Jo. baptiste & christi. Et ideo cum ex ista connectione hic fuerit idem angelus multo magis in illa. Est etiam notandum q hic gabriel inuenitur in quatuor locis sacre scripture nominatus expresse.

Primo. dan. viii. ca. Gabriel fac intelligere istam visionem in quo loco premunciauit ante rpm sine manu cōterendum.

Secō eiusdē. ix. ca. Ecce vir gabriel quē videram in visione a principio cito volās tetigit me i tpe sacrificij vespertini & docuit

me in quo loco pnūciauit rpm occidēdū & ab eius populo abnegādū. Tertio. luc. p°. ca. Ego sum gabriel q asto ante deū. In quo loco pnūciauit Jo. bap. pcursorē ante rpm. Quarto. vbi thema. Missus ē angelus gabriel i quo loco pnūciauit rpm in virgine cōcipiendū. Et notādū q angeli grece malaoth latine. nūcii dicunt. Angelus est nomē officij spūs nomē nature. Angelorum quidā sunt assistētes & quidā ministrantes Dan. vij. c. Milia milliū ministrabāt ei & decies centena milia assistebant ei. Illi q ministrant de cui lege mittuntur. Alij ad custodiā pponc. Jeronimus Magna dignitas animaruz. vt vnaquaqz ab ortu natiuitatis suc habeat angelū ad suā custodiā delegatū. Alii ad custodiā ciuitat. ysa. lxij. ca. Sup muros tuos ierusalē cōstitui custodes. Alij ad custodiā regni. vt dan. x. c. Princeps regni persaz resistit mihi. Assistentes vō pro magnis & arduis negotiis aliqñdo trāsmittunē. sicut pz hic de gabriele.

Tertiū misterium de mittētis auctoritate ibi a deo. s. in mediate. qz coiter angeli ab archangelis transmittuntur & archangeli a principatibus in mediate. & sic deinceps sm btūm dionysium libro de angelica ierarchia. Et sm Bregorium in mora. Et ista aūt in mediatione accipiuntur. 4. dyalectica argumenta. Primū q iste angelus videt esse deo in mediatus. qz talis est ordo in perfectiōibus angelorum. Pro eo q inferiores mittunt p superiores sm dionym li°. de angelica Jerar^a. Cuius rō est. quia ordo diuine sapiētie requirit vt vltima disponantur per media & ulta per suprema. & ideo cum iste fuerit in mediate a deo missus videtur q in ordine seraphico qui est ei in mediatus sit ipsi locus. Secōm q iste angelus videtur esse simpliciter omniū supremus. qz cuz omnes angeli sint in mediate subordinati vsqz ad primū quem appellat. bea. dionysius sūmum seraph. libro de di. no. solus supremus est deo in mediatus. quia a supremo vsqz ad nouissimum subordinate extendit caritatis suc radium celestis pater. Tertiuz qō iste angelus est Jerarcha in ordine seraphi. quia cum sit de illo ordine ex precedenti misterio ille est Jerarcha in quolibet ordine qui in quolibet ordine est suppremus. Nisi forte dicatur q nullus angelus in hoc ordine est Jerarcha. Quia nullus attingit ad tantam perfectionem quantam lucifer habuisset in illo ordine. Et ideo illa dignitas erat forte homini reseruata.

tertius missꝰ

Quartum q iste angelus videtur Jerarcha vniuersalis in tota Jerarchia celestii fuisse. Quia cum ordo suppremus seraphi principetur omnibus aliis ordinibus vt patet per diony. li°. de angelica Jerarchia. Ille qui principatur in suppremo ordine omnibus simpliciter principatur.

Ista tamen argumenta non concludunt euidenter nisi primo supposito vt angelorum merita sint nobis ignota. Sed propter intensam affectionem pure mentis ad christi preconia istum celestem nuntium quez valemus alios nō preiudicādo nec determinādo efficimus. Sed primo queritur Lo bic. ix. capi. dicitur. Nunc misit me dominus vt curarem &c. & sic eadem ratione diceretur suppremus. quia in mediate a deo missus. Et dicitur quod quandoqz dominus dicitur superior angelis vt videtur dicere beatus Augustinus. nec est ibi tantum argumentum q illa missio in mediate fuerit a deo facta propter istius misterii incomparabilem celsitudinem. Queritur 2°. secundum beatum dionysium libro de angelica Jerarchia. Illi de ordine seraph non mittuntur ad exteriora officia vt declarat ex intentione expressa. Et dicit q istud est verum de lege cōmuni non tamen est contra eorum dignitatem. sed ex priuilegio speciali quandoqz mittuntur. Cum persona verbi que infinitus est eis nobiscum fuerit in hoc misterio missa. Queritur tertio volēs. b. Bregorius mora. o isdem q archāgeli angelis pfint iduxit illud zacha. i. c. Angelus qui loquebatur in me egrediebatur & alius angelus egrediebatur forsan in occursum eius & dixit ad eum. Curre & loquere ad puerum istum. Et quo dicto accipit.

Prego. q̄ ille angelus qui alteri ꝑ̄abat
[illegible]gelus erat. Et ꝓ hm titū modū arguen
di pōt deduci q̄. d. Gabriel habuit archā
gelus ꝓ̄ceptū qui ei imperauit. d Fac intelli
gere hanc visionē. vt habet Dan. viij. Et
dicit q̄ verba imperatiua aliq̄n accipiun-
tur ꝓ modū optatiuū sicut di. ꝓpheta ꝑs.
lxxv. Mectro. iiij. Fac cū seruo tuo ꝓm mi-
sericordiā tuā. et ꝑs. lxxviij. Mect. vlt. Fac
mecum signum in bonum. Et isto modo
pōt intelligi in ꝓpōsito. Queritur quarto
Dan. vij. c. Distinguunt duo modi angelo-
rum. s. assistentiū et ministrantiū. cū dici-
tur, Mille milia ꝛc. In principio precedēt
eis columne illi qui sunt assistentes semp po
nunt nobiliores. Et cū sanctus Gabriel
ponitur vnus de ministrantibus cū fuerit
sepe missus. Et dicitur ꝓm ꝓmissa. q̄ illud
nō fuit ex ordine sed ex singulari dispensa-
tione sicut saluator accipit officiū ministrā
tis. d. Luc. xxij. c. Ego aūt in medio vestr̄
sum sicut qui ministrat. Et notandū q̄ di-
cit a deo in singulari. De vtero. vj. c. Au-
dit israel dñs deus tuus deus vnus est. Isa.
xxxij. c. Videte q̄ ego sum solus et non sit
alius deus ꝑter me. Athanasius in symbo-
lo. Et cū non tres dij: sed vnus est deus.

Quartum misterium. de ciuitate. ibi.
in ciuitate galilee. Notandū q̄ hec ciuitas
Jgruc dicitur situata in galilea que fuit cō
finium iudeor̄ et gentiliū. q̄ ille nūciabā-
tur vēturus. qui tanq̄ lapis angularis du
os parietes cōiungeret. s. iudeos et gentiles
et ipsos i cōfessione sui nois adunaret. Jo
nis vero ba. cōtra. q̄ cōceptus est in iu
dea et mortuus est in galilea. Galilea cui
fuit regio felicissima. ibi. n. dñs incarnat⁹
est. Inde maior pars apostolor̄ vocata est
Actu. ij. c. Non ne isti q̄ loquūtur galilei
sunt. Et notandū q̄ galilea quadruplr̄ in-
terpretatur ad conuenientiā incarnatiōis.

Primo. galilea rota interpretatur q̄ cō
uenit misterio incarnatiōis in qua rota di
uinitatis fuit vnita quadrato nostre humanita-
tis. Unde quidā doctor dicit. In hac verbi
copula. fallit olis regula. Nā circulus qua
dratur cū deitas humanatur. Et circulus si-
gnificat veritatem. q̄ figura circularis non
habet principium nec finē. Unde q̄dā phs
dissimiles. s. Mercurius trismegistus libro dif
finitionum. Quid est deus. d. Deus est cir
culus cuius centrum est vbique circumfe-
rentia nusquam. Quadratus est humā-
na natura. et. iiij. or quatuor elementis compos
ta que in quolibz angulo finitur. Et tūc cir
culus fuit quadratus q̄n deus fuit hūanat⁹.

Secundo interpretatur volubilis. et cō
uenit. q̄ in quolibet motu naturali conis
gitur finis cum suo principio. vt ꝑs in ce⁹.
Similiter ad ꝓpositū. Prima natura
s. diuina que est principium omnium cuz
vltima. s. humana in genere intellectualiū
est copulata. Ideo. d. dio. de di. no. q̄ in
isto misterio ultima extremitatez reduxit ad
suum principium. Tertio interpretatur
transmigrans et conuenit. q̄ in hoc natura
humana transmigrauit ad suppositū alte-
ne nature. s. diuine ad hebreos. xi. c. Musq̄
ageles apprehendit sed semē habrae appre
hendit. vnde debuit per omnia fratribus as
similari. Quarto interpretat trānsmigra
tio mea. et conuenit. Quia filius dei se ipz
exinaniuit formam serui accipiens. Jo. p⁹.
ca. Verbuz caro factum est et habitauit in
nobis. In q̄ factione natura humana fuit
exaltata et diuina inclinata. Et ideo filius
dei dictus est viator. Jere. xiiij. ca⁹. Quare
quasi colonus futurus es in terra et ꝙsi via
tor declinans ad manendum. sed occurrūt
difficultates. Primo. quare dixerūt iu-
dei nicodemo Jo. vij. ca. Scrutare et vide
q̄ ꝓpheta a galilea non surgit. et sic nō fu-
it consonum scripturis vt istud misteriuz
fieret ibi. et dicit q̄ fuerunt in hoc excecati
existimantes omnez regionem preter iudeā
perpetuo a diuinis beneficiis esse repellen-
dam. Secundo quare dixerunt pharisei
Jo. vij. c. Nūqd a galilea ipse venit. Nōne
scriptura dicit. q̄ ex semine dauid et de
bethelee castello. vbi erat dauid venit ipse.
Et dic. q̄ in hoc decipiebant. q̄ putabāt
ihesum a nazareth natum. vbi fuerat educat⁹
cuz tū natus esset in bethelee. vt ps. luce. ii.
ca. Notādum autem q̄ si iudei attēdissent

mente. sana et fideli. Non autem obstinata
et dura poterant declarari per. vaticinium
ꝓphe. d. ysa. ix. c. Terra zabulon et terra
nepthalim et aggrauata est via maris trans
iordanem galilee gentium populus qui am
bulabat. tenebris vidit lucem magnam
habitantibus in regione vmbre mortis lux
orta est eis. Quaz prophetiam adducit cā
gelista Math. iiij. capi.

Quintum misterium de ciuitatis ꝓ-
fectate. ibi. cui nomen nazareth. Nec est
illa ciuitas preclara in qua xpūs in carnato
celebrata est. Et notādum q̄ nazareth qn
tupliciter interpretatur ad propositum.

Primo interpretatur flos. Ad propo
situm flos gignitur ex subtilissimis humo
rimus virgule. et xpūs fuit generatus ex pu
rissimis sanguinibus. bea. vi. gintis secun-
dum dionysium. ca. ix. de diuī. no. ysa. xi. ca.
Egredietur virga de radice iesse pro virgine
intemerata et flos de radice eius ascendet
pro ipsius felicissima prole.

Secundo interpretatur sanctitas. ad ꝓ
positum licet beata virgo fuerit sanctificata
in vtero materno vt alias dictū est. Re
quire supra in sermonibus de domina. Ta
men sanctificatio prima non fuit ita plena
sicut secunda quando xpūs concepit de qua
dicit angelus. Luc. p⁹. Ave gratia plena.
et parum infra. Spiritus sanctus superue
niet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi.

Tertio interpretatur cōsecratio. Ad ꝓ
positum res dicitur sacra quando per ali-
quod sacramentum dicatur deo. Et ista ci
uitas fuit deo dicata per sacramentuz sue
altissime incarnatiōis qui fuit dignissimū
inter omnia pertinentia ad personam chri
sti secundum tempus. Eo modo quo sacra
mentuz dicitur factum secretū. Et isto mo
do ista ciuitas fuit sacratissima. q̄ summo
sacramento iuncta.

Quarto interpretatur victio. Ad pro-
positum fuit enim tunc illa victio celebra
ta de qua dani. ix. capi. Deleatur iniqui-
tas et adducatur iustitia sempiterna. et im
plicatur visio et prophetia et vngatur san-
ctus sanctorum. Et christus fuit victus in
hac ciuitate. Quia in primo instanti sue cō
ceptionis spiritu sancto sine mensura fuit
repletus dicente petro. Act. x. capitu. Je-
sum a nazareth quomodo vnxit deus spi-
ritu sancto et virtute.

Quinto interpretatur manditia. Ad ꝓ
positū. Et de puritate. b. virginis. d. An-
selmus li⁹. de conceptu virginali. Tanta
puritate nituit qua maior sub deo nequit
intelligi. deempta. s. christi. Sed queri⁹ hic.
Cum tanta puritate niteret quid. est q̄ di-
citur Math. p⁹. capi. Antequam conue-
nirēt i vētre ē in vtero hūs d ꝑs s. Qui fue
runt in ventore. Et dicitur q̄ ab angelis
eam obseruantibus ad honorem eius qui
nasciturus erat ex ea. Et notandū q̄ chri
stus dicitur fuisse de simplici ciuitate se-
cundum diuersas prophetias de quibus
require supra in sermonibus de natiuitate
christi. Inter quas nazareth obtinuit ꝓ
cipatum propter quatuor.

Primo quia in solēnitate palmarum
a populo inde vocatus est Math. xi. capi.
Hic est ie⁹ propheta a nazareth galilee.

Secundo. q̄ in nocte captionis fuc om
nes vocauerunt eum nazarenum Jo. xviij.
capi. Quem queritis. illi autem dixerunt
ihesum nazarenum.

Tertio q̄ in titulo triumphali posuit
pilatus. Jo. xix. capi. Scripsit autz et titu
lum pilatus. et posuit super crucem erat
autem scriptū. ihesus nazarenus rex iudeoz.

Quarto. quia credentes in christo in ꝑ
mitiua ecclesia vocabantur nazaren. act.
xxiiij. capitu. Auctorem seditionis secte na
zarenorum qui etiam templum conatus est
violare.

Sextum misterium de pulle integrita
te ad virginem. et queritur vtrum angelus
accedens ad virginem debuerit genua fle- sextum
ctere. Et videtur q̄ non. quia nobilior nō mitte
debet minori. ymo potius econuerso. Et
quia angelus est nobilior femina. ergo ꝛc.

Sed dicitur q̄ sic nouerat ex impositio
ne diuina ipsam futuram matrem domi-
ni. Et propter dominum suum ipsaz tene-
batur reuereri. Bernardus Audeo dicere
sine hūilitate deo nec marie virginitas pla
cuisset melius est enim virginem non esse

quam de virginitate habita superbire.
Decuit enim vt illa que angelo nunciāte
concipiebat mundi saluatorem foret inte-
gerrima virgo ⁊ cōgruum fuit quadrupli-
ci ratione

Prima ad primatiā hominis origine
imitandam in statu innocencie Ut sicut p̄-
mus adam fuit formatus de terra in mun
data ⁊ virgine. ita secundus adam. i. xp̄s p̄
ma cor. xv. primus homo de terra terren⁹.
secundus homo de celo celestis

Secunda ad labem peccan tegendam.
licet. n. congrua fuit filii dei incarnatio ad
susciptendum nostras passiones penales
Multatenus congruum fuit ut susciperet
nostras culpas carnales. Et q̄ actus car-
nis non fit sine peccato ideo ibi fuit neces-
saria indulgentia in actu matrimoniali q̄
si contractatur sine peccato non tamen si-
ne turpitudine patet de legali immunditia
Et ideo fuit conueniens vt dei filius con-
ciperetur de v̄gine absq; carnis cōtagiōe.

Tertia ad nouitatem miraculosam per
ficiendam. Quia decuit ut persona super-
naturalis supernaturaliter conciperetur
et modo miraculoso. Ut a nouitate mira-
culi legis nouitas inciperet. Et ideo bea-
tus diony. loquens de isto misterio in li⁹
de di. no. d. Quod ipsum est omnibus no-
uis magis nouum Quarta ad v̄tutem
pudicicie multiplicandā. Quia si dei fil⁹
non fuisset de virgine generatus affectus
ad puritatem et virginitatem custodiēdā
nō fuisset ifidelitas ita multiplicatus nec
ita nobis constaret quantum sit ideo gratis
v̄tus castitatis. Et execrabilis turpitudo i
munditie. propter cuius detestationem fili
us dei dedignatus a cōiunctiōe uta nature No
tādum autem q̄ virginitas

Primo allegatur color albo et luci-
do de cuius laude dicit cipianus. virgi-
nes in hoc mundo sunt flores ecclesiastici.
germina ecclesiastice fertilitatis. decus eccle
siastice sanctitatis ⁊ speciositatis. ⁊ illustrior
portio gregis xp̄i.

Secundo potius eraditur virgo q̄ po
luta patet de beata lucia ⁊ matre.

Tertio decuit excellat sua secreta potiꝰ
virgini q̄ despolsato patet de Joanne ⁊
petro. Quarto i patria secuntur agnum.
patet Apoc. xiiii. capi.

Quinto cantāt canticum quam nullꝰ
alius. potest cantare. patet ibidem. 14. c⁹
Est etiam notandum q̄ virginitas potest
accipi quatuor modis.

Primo pro integritate corporis tan-
tum ⁊ isto modo est bonum corporis ⁊ nō
anime. Et inuenitur in brutis sicut in ra-
tionabilibus Et ideo non pertinet ad vir
tutem sm aug^m de ciui. dei. Secōpro in
tegritate mētis quantum ad propositū per
petue virginitatis ⁊ sic est virtus anime
que ad mitti non potest violenter quātum
cumq; corpus violetur. Sicut determinat
augustinus ubi supra

Tertio pro in corruptione mentis qnan
tum ad pctū mortale. Et isto mō alia ani
ma dicitur virgo que nunquam peccauit
mortaliter. sicut caro virginea que nūquā
fuit corrupta corporaliter sicut Joānis bap
tiste ⁊ euangeliste. ⁊ multorum aliorum
sanctorum seruatorum i gratia baptismali. Inter
quos claruit beatus Iodocus archiepiscop⁹.

Quarto pro incorruptione mentis quā
tum ad peccatum veniale. Et iste modus
est in spiritibus angelicis ⁊. non in aliis
sanctis. p^c. to. p^o. c^o. Si dicerimus q̄ pec
catum non habemus ipsos nos seducimus
et veritas in nobis non est. Et hoc quadru
plex virgitas fuit in beata v̄gine post filiū
suum Augustinus li^o. de natura ⁊ gratia.
Cum de peccatis agitur nullam prorsus fi
eri uolo mentionem. Et istud. d. esse priuī
legium eius inter omnes sanctos. et est su
premus virginitatis gradus. Et dicunt alī
qui q̄ sicut virginitas anime est optabili-
or corporis virginitate quemadmodum v̄
ginitas humana prefertur virginitati bru
torum et nobilitate subiecti. quod multo
magis sit in ea requisita virginitas spiri-
malis quam corporalis. ⁊ istud dictum est
satis consonum ad ostendendum q̄ ipsa
non habuit plagam originalis peccati vel
culpe. Sed quaeritur qualis etatis erat
beata virgo quando fuit annunciata. Et
dicitur q̄ de hoc non habetur explicitum

per scripturam. tamen secundum relicta a
patribus sunt duc vie.

Prima dicentium quod erat annorum
xiiii. Quia tunc natura mulieris comple-
ta ē ad portandū perfectum partum. vt p̄
leo non sit defectuosa et etate nimis festi-
nata. Corpus autem dominicum debuit
esse completissimum.

Secunda via est dicentium q̄ fuit an-
norum duodecim. quia tunc mulier inci-
pit habere aptitudinem ad generandum.
Et christus dominus accelerabat anthore
talamum sibi acceptissimū sic. vt post nati
uitatem accelerabat. ad passionem. Luc.
duodecimo captu. d. Baptismo autem ha
beo baptizari ⁊ quomodo coarctor usque
dum perficiatur ⁊ ista via videtur esse ma-
gis p̄ia.

Primo quia corpus quanto magis tu
mescit tanto magis habet puram carnem
vt signatur proles.

Secundo quia ipsa optata copula fuit
ex desiderio accellarata. sapientie. xviii. ca.
Omnipotens venit in mediam exterminij
terram protulit.

Septimum misterium de istius virgi-
nie societate. ibi. desponsatam viro. Et si septm
quaeratur que fuit necessitas vt desponsare misterm
tur virgo semper mā sura. Assignātur. vii.
rationes. Prima adtendum matris
ipsius in familiā. Primo secundum Am
brosium super Luc. qui sciebat ipse domi
nus teneram esse virginis verecundiam.
Et lubricam famam pudoris. i. velociter
discurrentem. Secundo d. ipse q̄ malu-
it dominus de suo ortu q̄ de matris du-
bitare pudore. Nec putauit ortus sui fidem
matris iniurijs astruendam. ⁊ ista fuit in
mensa domini reuerentia ad suam matrē
vt preeligeret homines opinari ipsum na
tum ex corruptione q̄ matrem diffamari
de pudoris ostensione. Tertio idem di
cit. quod videretur culpas obumbrare vo
luisse mendatio in nupta pregnans.

Quarto idez dicit. Sed natura sancte ma
rie sicut pudore integritas ita inviolabilis
optimoe secunditas. Secūda ratio ad
similatā excusationē excludendam quam
habuissent in posterū virgines in famea.
Et est ambr. dicentis. Nec decuit virgini-
bus sinistra opinione viuentibus velamē
excusationis relinqui q̄ in famata quoque
mater domini haberetur. Tertia ad ex
ceptionem malignam cultandam vt inde
inimici ⁊ persecutores velamen sue mali-
tie non acciperent. vnde dicit. quid enim iu
deis quid herodi posset scribi si natum ex
adulterio viderentur persequi. Cum par-
tum in nupte lege damnetur. Et est ambr.
vbi supra. Quarta ad decipiendum ho-
stis astutiam. ⁊ est origenis. d. que fuit ne-
cessitas vt desponsaret nisi quatenus hoc
sacramentum diabolo celaretur. ⁊ ille ma-
lignus aduersus virginem desponsatam
fraudis sue comenta nulla prorsus in veni
ret. quam rationem sequens Ambrosius.
vbi supra dicit. Non mediocris ratio fuit
fallēdi principē mundi qui cū cerneret de-
sponsatam partum non potuit habere su-
spectum. Sz quirit p^o quō ista rō potu
it cē valida. Cū angelus ex puris naturali
bus possit faciliter de ventre in nottiā om
nium sensibilium. Et in demonibus splen
dida naturalia remāserunt sz diony^m. quō
ergo v̄ginitas matris q̄ fuit corporalis in
tegritas latere patrem mūdi potuit. Et
dicitur q̄ licet nosse potuisset si fuisset per
missus. sed fuit impeditus. aut in mediate a
deo. aut ab angelis eius custodiētibus cā.
ne ad ipsam sic familiariter appropinqua
revaleret. Secundo queritur. eodem mo
do potuisset impediri si non esset despon-
sata. i. per diuinam potentiam. Et nesciret
diabolus. vnde hoc esset. Et dicitur q̄ per
notitiam argumentatiuam noverat dya-
bolus virginis sanctitatem. ⁊ si cōceptisset
sine sponso statim suspectum habuisset par
tum de celo esse. Talem autem deductio-
nem facere poterat sine appropinquatione a
qua impediebatur per āgelos vt est dictū.
Et notandum q̄ castitas est quadruplex.

Prima matrimonialis. cū quis matri
monialiter alteri coniungit dimissa carna
li copula. ⁊ sequitur xp̄m per ingressum reli-
gionis sicut fecerunt quidam apostoli qui
relinquentes omnia sequebantur christum.

Secunda vidualis mortuo altero con-
iugum persecurat in castitate.

Tertia est voti sanctimonialis. & hec
sum quis vouit castitatem & seruat.

Quarta est vteri. Et dicitur virgina-
lis que omnes intuenti probatur fuisse
in beata virgine.

Quinta ratio ad virginis pudicitiam
comprobandam testimonio sponsi cum
illa familiariter & inseparabiliter conuer-
santis Ambrosius vbi supra. Quin etiam
locuplectior testis pudoris maritus adhi-
betur qui posset dolore iniuria vindicare
vbobium si non agnosceret sacramentum.

Sexta ad sedulitatem virginis perficien
dam, quia mulieres non possunt sine sotie-
tate virorum secure & honeste incedere per
Regiones. Et fugere tribulationes. Est
enim securissima societas viri. Ideo dicit
Ambrosius vbi supra. Ideo desponsata
est vt curam videretur gerere Joseph si-
ut in egyptum iens siue ide denuo rediēs.

Septima ad ipsius matris virginita-
tem consecrandam. Tunc enim virtus cō
secratur quando cum sacramento adiun-
gitur. Cum consecratio non sit nisi adiun
ctio cum sacramento. Et quia sacramen-
tum matrimonii est verum sacramentum
significans coniunctionem christi cum ec-
clesia secundum apostolum. Ideo virgini
tas que erat virtus matris tunc fuit conse
crata quando fuit cum hoc sacramento cō
iuncta. Hanc rationem non tangit Am-
brosius. Sed primo queritur vtrum in
ter virginem & Joseph fuit verum matri-
monium. Et dicitur q sic per doctores. &
patet quarto sententiarum. Quia verum
matrimonium contrahitur in mutuo con
sensu coniugū. qui. dicitur fuisse inter eos.
Et ideo coniuges sunt ab angelo appella-
ti Math. primo cap. Joseph fili dauid no
li timere accipere mariam coniugem tuā.

Secundo queritur quomodo potuit in
ter istos coniuges talis consensus esse cum
proposito virginitatis perpetue. Et dicitur
q fuit consensus in vnionem sacramenta-
lem & non in copulam carnalem. Stante
immobiliter vtraq parte ppositovirginali.

Tertio queritur talis consensus videt
esse solum ad cohabitationem honestam. sic
ut est fratris & sororis habitatio. Et sic nō
apparet verum matrimonium. Et dicitur
q consensus ad solam habitationem non
faceret verum matrimonium sed consen-
sus in mutuam potestatem corporum.

Quarto queritur. Ad quid fit talis con
sensus potestatis mutue corporum cum ac-
tus istius potestatis totaliter ab negetur.
Et dicitur q non nisi ad verum sacramen
tum perficiendum ex tali consensu sine con
tagione nec est occiosum posse in nobis.
Sic deus multa posset & potest q̄ nō vult.

Octauum misterium de istius spōsi vo
calitate. ibi cui nomen erat Joseph. Istud octauū
nomen secundum Jero. habet quadrupli- misterī
cem interpretationem.

Primo enim interpretat dominus fu
stus et habundantia eius fuit iustitie ita fu
it domino appropriatus vt pater eius di-
ceretur. Luc. 2°. capitulo. Ecce pater tu-
us. & ego. Secundo interpretatur domi
nus iustificatus. Sicut enim mater sancti
ficata est vt dominum pareret sic & iste vt
dominum nutrimentum pareret vt pater
Luc. 3. capi. Jesus erat incipiens quasi an
norum. 30. Et putabatur filius Joseph.

Tertio interpretatur augumentum in
ceteris desponsationibus virginum de cō
muni lege fit diminutio integritatis in q
posito copule carnalis. Et in ista fuit au-
gumentum. quia virginitatis propositum
virgo confirmauit puritatis affectum oc-
currente obiecto & materia castitatis.

Quarto interpretatur appositio. In ce
teris desponsationibus communiter a spō
so auffertur integritatis propositus. in istis
a sponso non fuit molestatum propositus:
imo confirmatum puritatis vestigium.
Math. p°. ca. Joseph accepit coniugez su
am. & non cognoscebat eam. Et notandū
q in ista sacratissima copula fuerunt qua-
tuor actus ad eius integritatis perfectam
custodiam. Primus fuit votum virgi
nis in tēplo ō virginitate seruāda. Antēq̄
Joseph inde tulerit eā. Et in iij°. suis auz
Tertius est nota remotionis. sapientie. viij. capi. Et cum essem magis bonus peruenni ad corpus in coinquinatum id est non coinquinatum. vt sit sensus benedicta tu in mulieribus. i. preter ceteras mulieres que ita sunt maledictioni cue subiecte vt nulla possit concipere sine maledictione corruptionis nec parere sine maledictione afflictionis. Sed beata virgo secundum Augustinuz. in letitia dominā parturiuit.

Quartus est nota appositionis. Apoca. xvij. capitulo. ¶Mulier erat circundata purpura ⁊ coccino ⁊ in aurata auro. Et est sensus in mulieribus. i. vltra mulieres alias. Augustinus. O femina super feminas benedicta.

Quintus est nota singularitatis. primi regum. ii°. capitulo. Quis in omnibus sicut dauid fidelis ingrediens ⁊ egrediens ⁊ pergens ad imperium regis. ⁊ sic est sensus

in mulieribus.i.singulari modo inter cete ras mulieres.quia ex singularitate fuit mater ⁊ virgo.

Sextus est nota meditationis.genesi .13°. capitulo.Ne sit iurgium inter me ⁊ te.4°. Regum°.capitu. In medio populi mei ego habito. Et est sensus benedicta tu in mulieribus.i.medio mulierum.quia.s.omnes mulieres sunt benedicte propter istam benedictissimam.tanquam a medio. Sicut cor est positum in medio animalis ad influendum vitam omnibus membris ⁊ solem in medio planetarum ad illuminandum vniuersa.

Septimus est nota infirmitatis Jo.xviii. capitulo.Ego in parte mea ⁊ vos in me ⁊ ego in vobis. Et est sensus in mulieribus .i.in intimis mulierum precordiis duz percipiunt tantu honoris beneficium vt sit relatio ad maternitatem filij dei sublimantis.⁊ hec potissima causa . quia mulieres venerant ab hominibus. In cuius figura tantum honorauit virgam zacha.xi capi. Tuli virgam meam que vocabatur decus ⁊ abscidi eam vt irritum facerem fedus meum quod percussi cum omnibus populis.

Sed queritur primo.quare in salutatione angelica non perficitur illa salutatio q̄ frequentat ecclesia. In qua adiungitur ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et dicitur q̄ istud apposuit sancta helisabeth.quando fuit a bea.vir.salutata Et vtraq; pars salutatio sed ab angelo inchoata ⁊ a sancta helisabeth perfecta.⁊ sic hec oratio est deuotissima.

Secundo queritur.que portio.istius salutationis fuit precipua ab angelo vel ab helisabeth prolata. Et dicitur de appositio sancte helisabeth.continet laudes christi. Et salutatio angeli continet laudes ipsius bea.vir. Et ideo quanto perfectus est laudare filium quam eius matrem. Tāto portio secunda est melior. Et si dicitur q̄ ab excellentiore persona debent esse laudes sublimiores. Dicitur q̄ laus sancte helisabeth debet referri ad personam spiritus .s.qui in ipsa loquebatur.

Circa secundam particulam que est de virginis alteratione ibi que cum audisset turbata est notantur duo misteria.

Primum est de bea. vir.turbatione. ibi que cum au.tur.est in ser.o. Et si dicatur q̄ angelica salutatio nō prestitit ei materiam turbationis cum esset gratissima. Ideo frustra fuit turbata. Et dicitur q̄ non fuit turbata turbatione ire. Quia hic nullum erat turbationis obiectum. nec edibile. Sed turbata.i. alterata ⁊ in admiratione suspensa.quia angelus in salutatione ita laudabat eam. Audit tacens ex molestia turbatur ex verecundia cogitat ex discreta prudentia. Est autem notandum q̄ quatuor sunt animi perturbationes quas describit beatus Augustinus lib° de ciuitate dei.

Prima est metus.homo in timore positus non potest esse mente quietus.pe. 3. Petro. v. Timor ⁊ tremor venerunt super me.⁊ contempserunt me tenebre.

Secunda cupido. Nam cupidus non potest esse in oratiōe regulatus Math vi. capitulo. Ubi est thesaurus tuus ibi est ⁊ cor tuum.

Tertia est gaudium . Quia homines gaudiosi non sunt in se recolecti. Et ideo risus qui est nota gaudij est etiā nota stultitie.prouerbiorum.xiij.capitu. Extrema gaudij luctus occupat.

Quarta est dolor.quia homo in dolore positus non est compos suc mentis.psalmi.xl°.capitu. Mulier infelix ego sum nimis ex multitudie doloris ⁊ meroris mei. Ad propositum bea.vir.

Primo non fuit turbata ratione doloris.quia ibi nullum tristabile.

Secundo nec propter gaudium interius.quia non est diffusiuus sicut de sensibilibus.⁊ ideo non est turbatiuum.

Tertio nec propter concupiscentiam.q̄ concupiscentia carissimatum respectu obiectorum est directiua.

Quarto nec metus vel timor.quia perfecta charitas qualis fuit in bea.vir. foras mittit timorem prime. Jo.iiij.capitu. Nisi forte quis dicit Quod mens virginea q̄

statu sue innocentie est formidolosa. Et ideo repentina ⁊ alta allocutio fecit eam pauidam ante considerationem profundam. Et ideo dicit angelus. Ne timeas ⁊c.i.nō sis alterata ex admiratione. Istis premissis vt clare stat ortus istius turbationis. Est notandum q̄ quatuor fuerūt cause subordinate ex quibus orta fuit hec turbatio.

Prima fuit nouitatis representatio.q̄ ista salutatio fuit ei noua ⁊ incogitata. Cū cogitaret de famulatu se humiliando.⁊ audiret de maternitate deum generando.ecce concipies in vtero ⁊ paries fi.

Secunda fuit vehemens attentio ex nouitate audita. Ideo dicit. Quomodo fiet istud quoniam virum non co.

Tertia fuit profunda admiratio ex nouitate inconsueta. Spiritus sanctus super.in te.⁊ vir.al.ob.t.Nam in eclipsi solari admiratur natura.

Quarta fuit subita stupefactio in tam varia mutatione. Quod nascetur ex te sanctum vo.fi.d. Nam admiratio rei transcēdentis gignit stuporem.ex quibus dictis secuta fuit turbatio i anima bea.vir.per modum stuporis. Stupefactio enim mouet mētem vt non sit in se sedata. Ideo dicitur. Que cum au.tur.est in sermone eius ⁊ co. q.es.ista salutatio. vel quia laudes de se nō libenter audiebat. Quia erat ad humilitatem prona.

Secundum misterium de bea.vir. consideratione.ibi.cogitabat.q.es.illa sal. In quo notatur bea.vir.prudentia. ⁊ confirmatur. Luc.2°.capitulo. In quo visis miraculis facto in christi natiuitate dicitur de bea.vir. Maria autem conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo.ex quo eliciuntur quatuor deuota documenta.

Primum est q̄ bea.vir. fuit multum meditatiua cogitabat qualis esset ista salu. ⁊c. Et istud est primum signum sapientie. Quia frequens meditatio circa diuina generat sapientiam. Sicut frequens meditatio circa humanā prudentiam. Cum frequenti actuum circa suum obiectum generat habitum.

Secundum q̄ erat multum rationatiua.quia dicitur. vbi supra.erat conferens in corde suo. Ista enim collatio fit per rationis discursum inuestigando que considerantur. Et istud est secundum signum sapientie.quia frequens meditatio non est virtuosa nisi sit adiuncta rebus superioribus de quibus est sapientia.

Tertium q̄ erat multum memoratiua vbi supra conseruabat omnia. Conseruare enim pertinet ad memoriam. Et istud ē tertium sapientie.Quia vt patet, homines sapientes sunt meditatiui. quilibet meditatio actualis dimittit dispositionez in memoria per quam fit reuocatio.

Quartum q̄ fuit multum effectiua. q̄ feruentissima ⁊ purissima dilectione ferebatur ad diuina.vt supra. Conferens in corde suo. Cor enim in scriptura sacra habetur pro effectu Judicum primo capitu. Cor meum diligit principes israel. Et istud est quartum signum sapic.q̄ bona cernere. ⁊ non diligere est insipientis. Et notandum q̄ bea.vir.licet multum habundauerit inverbis mentalibus secundum premissa fuit tamen parcissima in verbis vocalibus.vnde ad salutationem angeli non statim prorupit in responsionem vocalem secundum comunem modum. Sed i mente cogitabat.quid qualis esset ista salutatio. Constat enim q̄ homines meditatiui parum locuntur. Et econuerso Et hoc.q̄ operatio exterior impedit interiorem ⁊ e conuerso.

Circa tertiam particulam de angeli replicatione ibi.⁊ ait angelus ei. Ne timeas tertia partic⁹
sunt. v. misteria.

Primum de angeli confortatione confortauit enim bea.vir.stupefactam.d. Ne timeas ⁊c.q.d.q̄ rationabiliter non debet primum misti⁹
timere assignando rationem.di. Jn venisti enim gratiam apud deum.⁊ hic fuit.b. vir.de diuina gratia certificata per angelum qui non potest mentiri.quia confirmatus in gratia. Et notandum q̄ ex deductione angeli eliciuntur duo catholica documenta.

Primum si aliquis esset certificatus sicut fuit hic mater domini. Non deberet timere sed securrissimus esse. quia per istud medium voluit angelus hic excludere omnem timorem.

Secundum q̄ certificatus de tali gratia non debet tristari sed gaudere simpliciter. Quia secundum idem medium per quod angelus excludit timorem potuisset ⁊ tristitiam repulisse. si dixisset ne tristeris mari

Sed [illegible]tur primo quare dī. Inuenisti gratiam ipsam nunquam amisisset. Et dī q̄ gratia quam amiserat eua maria inuenit. quia sicut amissio gratie per euam fuit causa vniuersalis damnationis. Sic inuentio gratie per mariam fuit causa vniuersalis saluationis.

Secundo queritur si ista inuentio gratie est desiderabilissimum bonum istius vite. Et dicitur q̄ sic. quia cum gratia constituat amicum. Hic intelligitur esse maximum bonum esse deo acceptum. quod bonum contulit deus Moysi. di. exodi. 33°. capitulo. Noui te ex nomine. ⁊ inuenisti gratiam coram me. Ita q̄ esse in gratia dī est summum desideriorum.

Tertio queritur quid est optabilius mē fideli. Aut esse in gratia dei. aut esse in gloria dei. Et dicitur. esse in gratia consistit in hoc q̄ est diligi a deo. Esse vero in gloria in hoc q̄ est deum beatifice diligere. Melius autem videtur a deo diligi quaz deum diligere qualitercumque. Et ideo melius videtur deo esse acceptum quam esse beatum.

Quarto queritur. quia acceptatio diuina est in ipsa gratia in ordine ad vitam eternā. ⁊ ille dī dō gratus qui pro vita eterna est sibi acceptus. Romanos octauo capitulo. Quos predestinauit hos ⁊ vocauit ⁊ quos vocauit hos ⁊ iustificauit. s. ad vitam eternam. Et ideo cum vita eterna sit finis talis acceptationis multo melior videtur ipsa vita eterna quam gratia.

Et dicitur. Quod sicut pater acceptat filium in se. prius quantum ad hereditatem suam Ita deus prius acceptat homines in se quam pro vita eterna. Et ideo licet secunda acceptatio ordinetur ad vitam eternam non tamen prima: secundum quod currit argumentum. Sed volens loqui de bea. virg. plena gratia debet habere tria. s. sapientiam propheticam loquelam euangelicam ⁊ vitam angelicam. De istis procede vt scis.

Secundum misterium de angeli pro- secūdū
missione. ibi. ecce concipies in. v. ⁊ pa. fi. misteꝝ
⁊c. Quod misterium cōtinet duas vitates.

Prima de conceptiōe. In qua fuerūt quatuor actus.

Primus fuit materie decisio. s. de qua fuit corpus christi formatum. quia ex purissimis sanguinibus bea. virg. secundum dionysium lib°. de diui. no. Et sic oportuit q̄ isti sanguines a locis propriis decidentur.

Secundus fuit istius materie collocatio in loco conuenienti humane generationi tra bea. vir. corpus. quia in vtero est ista illa cellula in qua debet humanum corpus formari.

Tertius fuit corporis christi de illa materia formatio sic locata in loco generationis. quia ex quo materia est in tali loco est nata organizari vt sit in potentia propinqua ad animam suscipiendam.

Quartus fuit anime christi infusio in corpus sic formatum. Quia ex quo corpus est sic sufficienter organizatum regulariter deus infundit animam intellectiuam.

Sed primo queritur vtrum iste quatuor operationes fuerunt simul facte. Et dī q̄ materie decisio. et eiꝰ collocatio nō fuerūt facte simul. qz tūc idē simul corpus fuisset i duobꝰ locis. Nisi forte qs dicat. Dō p diuinam potentiam translatio localis potest fieri in instanti. Sicut abacuh in instanti fuit in iudea ⁊ in babilone. Danielis. xiiij°. capitulo. Et per eandem potentiam potest fieri vt idem corpus sit simul in diuersis locis. Cetere autem due operationes scilicet corporis formatio ⁊ anime infusio. Quia mox vt corpus est organizatum anima infunditur potuerunt esse facte simul. Quando autem

ēt cōparatio inter duas operationes non sunt simul. Quia forma organizationis ⁊ forma sanguinis que fuit materia corporis xpī sunt in compositibiles forme.

Secundo queritur. vtrum ista quatuor fuerunt facta in eodē momēto. Et dicitur communiter q̄ sic. Quia ista fuit in carnationis hora. Et dicit Damasce. Quod si mul sint caro ⁊ animata caro ⁊ aīmata dei caro. Quia mox vt fuerūt producta ista fuerunt verbo vnita. Et sic actus vnionis immediate fuit consecutus istas quatuor operationes.

Tertio q̄rit. vtrum omnia ista fuerunt in hora annuntiationis facta. Quia tunc. b. vir. fuisset cadez hora ita pregnans sicut mulier que habet fetum in vtero formatū perfecte ⁊ animatum tale tunc fuerit corpus xpī. Dicunt aliqui q̄ corpus xpī non fuit formatum tante quātitatis sicut cetera corpora vt illud miraculuz occultaretur ad tēpus. Et dicitur q̄ istud dictum nō apparet consonum. Quia fuit formatum in cellula. b. vir. sicut in ista que non fuit minor ceteris mulieribus. Et ideo dicē q̄ corpus cuiuslibet est ita modicū cū animatur q̄ q̄ se nō faceret tumorem in utero matris perceptibilem. Sed propter humores crescentes in mulieris vtero intumescit corpus illud virtute seminis humani. Et a talibus humoribus fuit ita segregatus uterus. b. vir. q̄ nō in tumuit ita repente moderante spiritu. s. a gregationem illorum humoruz virtute diuina.

Quarto queritur Quia secundum premissa fetus iste gloriosus perfecte formatus plus fuit in vtero matris quam aliquis alius. Cum per. 9. menses fuerit ibi homo perfectus ⁊ sic venisset ad maiorem tumorē uterus. b. virginis per prolixius augumentum. Et dicitur q̄ istud augumentum fuit contemperatum diuina virtute vt peruenisset ad aliorum fetuum cōformitatem. b. virg. partus sicut supra dēgeneratione humorum est tactum. Sed remanet dubiū. Vtrum in omnibus istis beata vir. fuit actiue cooperata. Et dicunt communiter doctores theologie. Quod ipsa dē fuit mater christi. Et quidquid faciunt cetere matres ad prolis sue generationem vt sint vere matres totum ipsa fecit. Item queritur quid fecit beata virgo. Si cetere matres cooperantur actiue ad sue prolis formationem. Et dicunt aliqui quod non. Sed solum ministrant materiam: tota vero actiuitas est in semine patris. Istud tamen non videtur rationabile. Quia cum anime viri ⁊ mulieris sint eiusdem rationis. Eo quod constituunt formaliter in ordine vnum eiusdem speciei oportet quod habeant potentias eiusdem rationis. Et ideo cum potētia generatiua pertineat ad animam vegetatiuam sicut anima vegetatiua est vbīque eiusdem rationis. Ita potentia generatiua eiusdem rationis. Potentia autem actiua ⁊ passiua non sunt eiusdem rationis.

Secunda de partu virtine. In isto sacratissimo partu considerantur quatuor actus.

Primus fetus maturatio que facta fuit virtute alie vegitatiue christi eius corpus vegetantis ⁊ augumentantis donec veniret ad vltimatam in vtero perfectionem que est maturitas fetus.

Secundus. fetus expulsio que fuit per virtutem ex pulsiuam anime virginis facta que semper est ad expellendum omne maturum in corpore.

Tertius. fetus egressio. Et ista fuit tota liter supernaturalis. quia tamen fuit egressus clauso beate virgi. vtero. ibi oportuit duo corpora esse simul in eodem loco. Et ideo cum ad istud nō attingat virtus creata ibi non videtur aliquid fecisse nec anima prolis nec parentis actiue.

Quartus. fetus separatio cum perfuerit adiunctus cum materna ista separatur non videtur fuisse facta misterio alicuius obstetricis. quia ibi sola beata virg. talium ignota inuenit euangelista. Et ideo videtur virtus diuina talem separationem fecisse vt ista separatio fieret sine dolore.

Sed queritur primo. Si iste partus fuit effusus sine omni dolore. Et dicitur q̄ sic secundum illud ysa. vltimo capitulo. Ante quam parturiret peperit. Ante quā

dolores partus sentiret peperit. Sicut n. conceptus fuit sine libidine. Ita eius partus debuit esse sine omni dolore.

Secundo queritur Quomodo potuit fieri sine dolore reuolutio partus in vtero. cum talis commotio naturaliter infligat dolorem. Et dicitur quod in essentialiter ordinatis ⁊ realiter distinctis. Deus potest facere prius sine posterius. Et ideo cum dolor sit effectus lesionis in carne posset facere illam sine omni dolore. Et circa quācunq; commotionem.

Tertio queritur Quod licet egressio corporis christi de virginali clauso fuerit facta sola diuina virtute cum parere sit fetum emittere. Nunc beata virgo non peperit sed sola diuina virtus. Et dicitur. Quod non videtur inconueniens, si virtus creata concurrat ad miraculum preueniente diuina virtute ad remouendum impedimentum.

Quarto queritur. Si beata virgo fuit vera mater ex isto partu. Et dicitur quod non videtur fuisse mater nisi ex preuia generatione natiuitatis in utero. Quia cum maternitas sit res p̄fis actum generationis ipso completo statim influit. Ideo dicit sacra helisabeth christo ad huc manenti in vtero virginali. Vnde primo capitulo Unde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me.

Tertium misterium de christi nuncupatione ibi. et uocabis nomen eius iesum. Quod nomen non solum beata virgo sed etiam ipsi Joseph fuit predictum. Math. primo capitulo dicit angelus Joseph de beata virgine. pariet autem filium et uocabis nomen eius Jesum. Et notandum q̄ nomen istud sanctissimum quadruplicem habet significationem.

Prima saluator. Et conuenit passioni. Quia tunc saluauit genus humanum per mortem suam. hebr. nono capitulo. Noui testamenti mediator est vt morte intercedente in redemptione earum preuaricationum que erant sub priori testamento.

Secunda salutaris. Et conuenit in carnatione. Quia peractum salutationis conceptus fuit. et in primo in instanti sue conceptionis anima sua fuit beata.

Tertia salus et conuenit sue eterne generationi quia ex ipsa habet n. solum quod sit beatus sed etiā quod sit ipsa beatitudo. Et idem est hic salus et beatitudo sicut idē est saluare et beatificare.

Quarta salutare. Et conuenit nostre beatificationi. In qua ipse ieius est obiectum nre interioris beatitudis dupliciter

Primo interioris secundum suā deitatē

Secunda exterioris secundū suam humanitatem. Jo.j.c°. Ingredietur ⁊ egredietur ⁊ pascua inueniet. De hoc nomine potest dici illud Psalmi. xviij.c°. Celebre factum est nomen eius nimis.

Quartum misterium de christus filij commendatione ibi. hic erit magnus. et. fi. al. vo. Quod misteriū cōtinet duas ueritates quarta miste⁹

Prima ō comendatione absoluta. ibi. hic erit magnus. ⁊ notādum quod quinq; modis dicitur aliquis magnus.

Primo secundum potestatem. sicut dictum est dauid secundi. R. vij°. capitulo. Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra.

Secundo secundum dignitatem. sicut dicitur de habraam eccle. xliij. capi. Habraam magnus pater multitudinis gentiū.

Tertio secundum facultatem Job. p° capi. Eratq; vir ille s. Job magnus inter omnes orientales. Quarto ſm solēnitatem, sicut dr de Moyse exo. xj. ca°. Fuitq; Moyses vir magnus valde in terra egypti coram seruis pharaonis ⁊ omni populo.

Quinto secundum veritatem, Sicut dicitur de Jo. bap. luc. p°. ca. Erit enim magnus coram dño vinum ⁊ sicerā nō bibet

Ad ꝓpositū filius bea. vir. fuit magnus.

Primo secundū potestatem. Athanasius in simbolo. Omipotens pater omipotens filius. sapie. vij. ca. Omipotens sermo tuus dñe de celis a regalibus sedibus venit.

Secō ſm dignitatem. apoc. xix. ca. Rex regum ⁊ dñs dñantiū. Et ſm dignitatem

Tertio ſz facultatē spālis thesauri cōmissi

Quinto misteriū de istius filij ꝓmotione ibi. Dabit illi dñs. d. sc. d. p. f. Et continet tres catholicas veritates. quinta miste⁹

¶ Pria de regia maiestē. ibi. sedē dd. p. e.

¶ Scōa de regni proprietate ibi. ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum.

¶ Tertia de ipsius regni vie perpetuitate. Et regni eius nō erit fi. Sed queritur primo que fuit ista sedes dd vanda xp̄o. Et dicitur q̄ fuit potestas regia cōferenda ipi xp̄o vt homini q fuit de domo dd ſz rectā lineā ꝓgenitus. Sicut debeā filio regis dignitas regia in regnis in qbus reges ex genere prodeunt. Secō queritur quō ista sedes que fuit iurisdictio regni tēporalis fuit xp̄o data. cum ipse recusauerit fugiēdo regnum terrenum. d. Jo. xviij. ca. Regnum meum non est. de hoc mundo. Et dicitur licet ius habuerit in isto regno mundano.

tamen illud ius exercere noluit.

¶ Quia venit primo iudicari.

¶ Secundo venit iudicare.

Tertio queritur. q̄ regnum q̄ iure debetur ꝓ nondum ex ptāc habetur. ⁊ ideo si pro secundo aduentu differtur tunc verbum angeli nondum fuit ad implerum. Et dicitur sicut dauid fuit vere rex et quo fuit vnctus dicente samuele. p. R. xv. ca°. Scidit dominus regnum israel ab te hodie ⁊ tradidit illud proximo tuo meliori te. Non tamen regnauit dauid nisi mortuo saule. Ita christus fuit rex ab origine vnctus gratia ⁊ virtute sapie. Jesum nazarenum virum approbatum a deo in vobis virtutibus ⁊ prodigijs ⁊ signis que fecit deus per illum in medio vestri vnctō dico in regem ⁊ sacerdotem. Tamē regnare distulit vsque ad secundum aduentum mortuo. s. antechristo. Quarto queritur Ista maiestas regia secundum quam expectatur regnaturus in secundo aduentu nō videtur esse eiusdem rationis cuz illa quā habuit. ⁊ sic nec eius sedes. Et dicitur licet non sit eiusdez speciei tamen potest dici david. quia ipsi promissa in semine suo.

Quinto queritur. Quomodo regnabit in eternum. Cum ista domus sit definitura. Et dicitur licet sit definitura secunduz cursum naturalis propagationis non tamen secundum remunerationem finalis resurrectionis in electis alius generis in quibus regnabit christus perpetuo.

Sexto queritur. Secundum predictuz modum non solum regnabit in domo iacob. sed etiam in omnibus electis. Et dicitur q̄ prophete. xii. apostoli. mater domini i Jo. bapti. fuerunt de ista domo. Sed principalis inter eos erit xp̄s. Sicut dicit francorum rex quāuis in pluribus nationibus maioribus ipsa francia regnet.

Quarta particula de bea. vir. interrogatione ibi. Dixit autem ma. ad an. quomodo fi. i. q. we. nō. co. In qua bea. vir. tria fac̄ quarta pticu⁹

Primum. q̄ verbō auditū angeli verum supponit. d. fiet istud.

Secōm. q̄ isto supposito tāq̄ ꝓo modō quō pficietur istud quesiuit. d. quomodo.

Tertium assignat rationem quare. dī. quoniā virū nō cognosco vt ostenderet q̄ ista dubitatio de modo ⁊ non defacto rationabilis erat cum dixisset concipies ⁊ paries .fi. ⁊ in ea semper manebat virginitatis integrum propositum. Cuz quo adhuc ignorabat quomodo posset habere filium promissum. Et notandum q̄ causa istius questionis hic posita a beata virg. non esset multum euidens si ibi poneretur istud verbum cognosco pro presenti tempore. quia licet ipsa virgo in presenti nō tamen repugnat futurum habere partuz per naturam. futurum pro mittebatur Et hic oportet dicere q̄ li. cognosco accipitur pro tempore futuro. i. nō cognoscam. quia certificata erat per diuinam reuelationem q̄ ipsa ⁊ sponsus eius Joseph permanerent perpetuo in virginitate. Sed notandum q̄ ista sumptio presentis temporis pro futuro declaratur gratiosiciter in sacra scriptura.

Primo numeri. xvi. capi°. Vbi dathan ⁊ abiron dixerunt Moysi. Non venimus. i. non venissemus cum ad consilium vocarentur.

Secundo secundi machab. vii. capitu. Vbi adolescens scitice martirii dixit. Nō obedio precepto regis sed precepto legis ⁊ sanitates perficio.

Tertio luc. xj. capi°. Vbi misit christus herodi. dī. Ecce demonia eicio ⁊ sanitates perficio hodie ⁊ cras. ⁊ die 3ª cōsumor.

Quarto apoca. primo capi°. Ecce venit cum nubibus.

Quinto apoch. vltimo capi°. Ecce venio cito. v. dominus ⁊ clarum est q̄ accipitur hic presens pro futuro. ⁊ similiter accipitur in proposito. Quomodo fiet istud. q. vi. n. co. i. non cognoscam.

Quinta particula de angeli responsione ibi. ⁊ respondens angelus. dī. cl. In qua notantur duo misteria.

Primum de angeli ad questionem. de primuz ale vir. solutōe. ⁊ assignat duplicē modū. mistē

Primus per spiritus sancti operationez ibi spiritus sanctus superue. in te. i. ad cooperandum istud.

Secundus per totius trinitatis ab omni infectionis preseruatione. ibi.. ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. ⁊ isti duo. modi respondendi dati fuerunt ab angelo duobus motiuis quos habuit bea. vir. in ista felici dubitatione.

Primum motiuū fuit. quia ista conceptio fieri nō posset solis mulieris causatione. Ideo dicit spiritus. s. superu. in te. q. dī. Tu non eris sola. quia tecum erit concurrens virtus infinita spiritus. s.

Secunduz. quia ista conceptio fieri posset sine carnis concupiscentia. Ideo dicit ⁊ virtus al. ob. ti. Sicut enim vmbra contrarium ardoris obumbratio. Sic diuina protectio hic custodiuit beata vir. a concupiscentia inflamante.

Sed primo queritur quare dī. hic angelus spiritus. s. superue. in te. ⁊ non dicit de patre vel de filio. Cum deitatis opera ad extra sint in diuisa. Et tota trinitas xp̄m in carnauit secundum beatum Augustinum primo de trinitate. Et dicitur q̄ licet nulla productio ad extra spiritui sancto sit attributa tamen bene inuenitur aliqua appropriata. Sicut in perfectionibus intrinsecaruz. Charitas appropriatur spiritui sancto. sicut sapientia filio. ⁊ quia magis istud misteriū. i. actus incarnationis ex summa dei charitate processit. ideo spiritui sancto conuenienter appropriatur.

Scōo queritur ārē magis istud misterium fuit appropriatuz spiritui sancto quā filio. Cum filius fuerit incarnatus ⁊ non spiritus s. Et dicitur q̄ incarnatio secundum assumptionem fuit propria filij. qui solus assumpsit humanitatem. tamen perfectionem talis vnionis fuit magis appropriata spiritui sancto ratione predicta.

Tertio queritur quare dicit angelus. Spiritus sanctus superue. in te ⁊ non dicit ad te. Sicut dicit saluator Apostolis Jo. xv. capitulo. Cum venerit paracliuz quem ego mittam vobis idem. xvj. Si enim non habiero paracliuz nō veniet ad vos. Si autem abiero mittaz eum ad vos. act. 2ᵒ cap. Repleti sunt omnes spiritu sancto. Et dicitur q̄ istud dictum fuit ad declarā

dum excellentiam spiritus sancti in beata virg. vt conciperet verbum dei. quia quod est supra totum ambit quod est infra ⁊ non econuerso. Similiter habetur quando apostoli spiritum sanctum receperunt act. vbi supra. Repleuit totam domum. vbi erant sedentes. i. omnes qui erant in domo. Et sequitur. ⁊ apparuerunt illis dispertite lingue seditq̄ supra singulos cor.

Quarto queritur si in isto verbo spiritus sanctus superueniet in te. Datur intelligi spiritus san. cooperatio quomodo datur hic intelligi secunda beate virg. sanctificatio que fuit prouia illi sanctificationi. Et dicitur q̄ vtraq̄ datur intelligi. Quia spiritus sanctus non venit in quemquam sine infusione gratie modo perfecto. ⁊ infusio gratie nunquam est sine sanctificatiōe.

Quinto queritur quare adiunxit angelus dicēs. ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi. Cum vmbra dicat lucis carentiam. Et istud misterium fuit totum luminosum. Et dicitur q̄ vmbra habet vnam habitudinem secundum quam est lucis priuatio. ⁊ sic est mala significatio. Aliam secundū quam est ab ardore protectio. ⁊ sic est bona significatio. ⁊ sic sumitur vmbraculum in scriptura. Et isto modo summitur hic obumbratio pro protectione incendij concupiscentie secundum premissa.

Sexto queritur. quare dixit obumbrabit tibi. ⁊ non dixit te secundum communem constructionem acti casus. Et dicit q̄ in ista obumbratione non fuit aliqua ecclesio accusabilis quam refrigeraret talis vmbra sed tectura fuit acquisitio gratie. ⁊ ideo constructio datiui casus. acquisitiua fuit ibi conuenientissima. Sicut dicitur in ps. lxxxix. Metro. iiij. Scapulis suis obūbrabit tibi. Istis premissis infert angelus duo corolaria ex premissis.

Primum de prolis concipiende sanctitate ibi. Ideoque ⁊ quod nascetur ex te sanctum.

Secundum de prolis concipiende manifestate. ibi. vocabitur filius dei.

Sed primo queritur. Quomodo sequitur corolarium ex premissis. Et dicitur q̄ iste fructus qui concipitur virtute spiritus sancti. ⁊ virtute altissimi protegente a peccato non potest esse nisi sanctus. Cum manifestissimum signum sit sanctificationis talis miraculosa conceptio.

Secundo queritur secundum corolarium. Et dicitur q̄ aliud est vocari ⁊ aliud est esse. Non fuit filius dei. quia sic conceptus. sed econuerso. fuit autem iste fructus vocatus filius dei. quia in eius generatione carnali dominus supleuit cum patris per modum cause superioris concurrens cum beata virgi. Non dicitur pater. quia non modum naturaliter egit. Nisi forte sic dicitur pater angelorum. quia creator eorum sicut habetur Job. xxxviij. capitulo. Cum me laudarēt astra matutina ⁊ iubilarent omnes filij dī.

Secundum missē de solutionis confirmatione. quando angelus confirmauit suam. responsionem per exemplum manifestum dicit. Et ecce heli. co. tua. ⁊ ponit hic quadruplicem confirmationem vt postea omnium istorum inferat causam ⁊ rationem. sectiōs missē

Prima confirmatio fuit per euidentiam facti cū premisit dicēs. Ecce helisabeth cognata tua. exempla enim que dantur circa propinquos sunt clariora quam illa que dantur circa ignotos. ⁊ forsitan beata virgo iam viderat. b. hel. concepisse.

Secunda fuit per inductionem miraculi sibi. ⁊ ipsa concepit filium in senectute sua. quia dicitur in isto capitulo. q̄ ambo processerant in diebus suis. s. zacha. ⁊ heli. s. vltra etatem generandi.

Tertia fuit per mirationem modi. ibi. ⁊ hic mensis est sex. il. Quia post sextum mensem est manifestata conceptio extumefactione ventris.

Quarta fuit per appositionem secundi prodigij. ibi. que vocatur sterelis. quia aliud est miraculum sterilitatis ⁊ aliud veritatis. hec autem non solum erat vetula. sed etiam sterilis sicut sarra.

Sed queriē primo ārē fuit sancta helisabeth dicta cognata. beate virgi. ⁊ dicitur quia licet. secundum vsum nostrum dicat

cognata que est vox fratris tamen secundum veram germanitatez cognata dicitur germana consanguinea. ⁊ ideo ex isto loco colligitur q̄ sancta helisabeth fuit consanguinea germana beate virginis. vnde creduntur fuisse filie duarum sororum. Aut melius beate virg. ex sorore. ⁊ helisabeth ex fratre, vt christus dicatur de tribu regia ⁊ sacerdotali.

Secundo queritur quid ad propositum istius veritatis sterilis conceptio. cum beate virginis cui ista exempla sunt adducta. Cuz antiqua non esset sterilis. Et dicitur q̄ fuit virginem p[ar]ere est supra naturam. Ita sterilem aut vetulam concipere. ⁊ ideo ad ostendendum quomodo deus potest facere illa que sunt supra naturam. Inducit angelus illud duplex miraculū iam factū.

Tertio queritur. quia non videtur tantum miraculum sterilem et vetulam concipere cum aliquis hoc fuerit factum. patet de sarra vxore habrae. genesis xviii. capi⁰. Erant enim ambo senes ⁊ defecerant fieri mulieri. ⁊ primi regum primo habetur de anna matre samuelis. ⁊ qua dicitur. Affligebat quoque eam emulatrix ⁊ vehementer angebat in tantum vt exprobraret ei q̄ conclusisset dominus vuluam eius. ⁊ sic patet sarre antiquitas ⁊ anne sterilitas. Sic virginem parere q̄ a seculo non est auditum. ⁊ ideo non videtur fuisse sufficiens argumentum angeli procedens a minori ad maius affirmando. Et dicitur q̄ angelus non processit a minori sed tantum a simili arguendo. ⁊ vlterius omnia supernaturalia sunt equaliter possibilia deo.

Quarto queritur. Assignantur duo miracula in conceptione sancte helisabeth. ⁊ non nisi vnum in conceptione bea. virg. Et dicitur q̄ ibi fuerunt duo miracula in eo quod sterilis ⁊ vetula genuit. hic autem alia duo prestantiora. Quia virgo concepit ⁊ peperit. Et post partum virgo permansit. partus autem sterilis vel antique non est miraculosus, sed supernaturalis ex quo per miraculum est conceptio facta.

Istis autem premissis sequitur causa omnium predictorum supra quaz assignat angelus. d. quia non. e. ipo. ⁊. d. omne verbum. Et ideo non mirum si potest facere vt sterilis concipiat ⁊ vetula pariat. Et per idem modum de conceptione ⁊ partu virginis apponebatur. Sed queritur. quia multa verba possunt dici vocaliter quorum significata sunt deo impossibilia. vt puta quod faceret altum deum ita perfectum sicut ipse est. Et dicitur q̄ non fuit intentio angeli vt apparet: loqui de verbo vocali. sed de verbo intellectuali. Quia secundum beatum Ylarium. lo. de trinitate. Quidlibet deus potest facere quam intellectus noster capere vel intelligere ⁊ non est impossibile aliquod verbum intellectuale ergo.

Secundo queritur. quia multa intelligimus verbo mentali vt puta entia prohibita. quemadmodum chimera ⁊ veritates cōtraditoriorum que non sunt deo possibilia Alioquin non essent prohibita. Et dicitur q̄ licet talia aliquomodo intelligantur. tñ de ipsis non formatur verbum intellectuale pro vt verbum accipitur stricte pro notitia declaratiua que ē diffinitiua. quia nō ē diffinitio entium prohibitorum que in nullo genere collocantur.

sexta partic⁹

Sexta particula de bea. vir. conceptione ibi. Dixit autez maria vsqz discessit angelus ab ea vbi notantur tria misteria.

primꝰ missꝰ

Primum qualiter bea. vir. se humiliauit in sua virtuosa responsione. ibi. Ecce ancilla domini. vbi notanduz q̄ bea. vir. habuit ad dominum quadruplicem habitudinem dignitatis.

Prima. quia eius fuit mater. Naz ab ipsa fuit humanatus christus vel eius humanitas generata.

Secunda. quia eius fuit filia. Quia ab ipso supernaturaliter ⁊ miraculose patrata. vt claret supra.

Tertia. q̄ fuit eius sponsa. Nam fuit p votum perhennis celibatus consecrata.

Quarta. q̄ fuit eius soror. in eo q̄ christi humanitas fuit ei assimilata modo valde singulari ⁊ consonali. Nam totaliter ō natura ipsius humanitatem tulit. De primo ⁊ 4. habetur Matth. 12. capitu⁰. Ipse meus frater soror ⁊ mater est. De secundo Mach. 5. capitu. Et ortide filia. De tertio. Cant. v capitu. Veni in ortum meuz sororem sponsa mea ⁊c. Istis premissis dignitatis habitudinibus bea. vir. summe humilitatis respondens angelo dixit. Ecce ancilla domini. In quo actu omnem humilitatez transcendit propter q̄ humilitatem placuit dei filio de ipsa humanari iō. d. luc. primo capi. Ecce enim ex hoc beatam me. d. e. ge. Et quare. Quia respexit. hu. ancille sue ⁊cete.

Sed primo queritur quare tantum placuit deo respectu humilitatis. Cum multe virtutes sint sublimiores. prime cor. 13⁰. ca. Si linguis hoiuz loquar ⁊ angelox. charitatem autem non habeam factus sum velut es sonans aut cimbalum tinniens. ⁊ ita manent fides spes charitas tria hec. Et dicitur q̄ sicut principium humane dānationis fuit superbia. Ita fuit conueniēs a contrario q̄ initiuz nostre salutis cēt humilitas. Ideo docens Thobias filium suum. d. 2 thobie. iiij. capi. Superbiam nunq̄ in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initiū sumpsit omnis perditio.

Secundo queritur si plus placuit deo virtus humilitatis q̄ castitatis in bea. virgine. Et dicitur q̄ sic secundum Bernardum super missus est. Cuius signum est. quia verbum non fuit incarnatum quando bea. vir. d. Quomodo fiet istud quoniā virum non cognosco propter zelum virginitatis. sed quando. d. Ecce ancilla domini. ex affectu humilitatis. Et si dicatur q̄ virtus castitatis est nobilior. q̄ circa meliora bōa vt puta corporis q̄ fortune. Cū hoiem sint. bona fortune in quibus cōsistit humilitas. Et dī q̄ sicut obia ponit in bonis alc. Ita hūilitas ista pōt poni q̄ fuit mī obedientie. ⁊ in isto actu notant sancti obiam perfectam. Et notandum q̄ illa obia habuit triplicem conditionem que conueniunt in p̄fecta obedientia.

¶ Prima. q̄ fuit pmpta. ecce.
¶ Secunda. quia fuit humilis. Ancilla.
¶ Tertia. q̄ fuit deuota. domini.
¶ Et ꝑ quos colligit q̄ d. vir. fuit ordinata

Sed notādū primo de hūilitate. d. vir. d. Bernardus sup missus ē. Quō fortiter occurrebat saul cū esset parvulus in oculis suis. i. hūilis q̄ta philistinoꝝ agmina pro sternebat quātis viribus q̄ recebat gladiū. Postq̄ aūt tenuit eū supbia cāpiuit in affectum cordis debilis ⁊ in pusillanimē factus in incircūcisorum armis facilius prostratus occubuit. Scdō d obia. d. idē. Ber. vbi supra. Si tribulatio se opponat. si persecutio resultat. si peccatores tibi laqueos tendant. si maligni iter tuū impediant. ne dēseras viā nō deseretis. Sed dic p[ro]pter nos. nuz ⁊ nō sīs turbatus vel confusus. ꝓpter ta tua.

Tertio dicit ibi. De gradibus obie fidelis obedies nescit morā fuge. cras stimū ignorat. tarditatē pcedit pcipitē. parat ocios visu. aures auditu. lingua voci manus operi. pedes itui. Totū se colligit vt ꝑ anris colligat ⁊ ꝑficiat voluntatē. Et notandū sm glo. Nō est credendum q. d. vir. istud verbum leuiter dixerit. Sed q̄ solēniter protulerit ⁊ genua in terra fixerit terram osculata fuerit. ⁊ oculos ad celuz leuauerit ⁊ brachia ad celum extenderet. Et si cum magno gaudio. d. ecce ancilla domini fi. m. s. v. t.

secꝰ missꝰ

Secundum misterium qualiter consensum prebuit in ista responsione ibi. fiat mihi secundum vir. t. quod potest intelligi dupliciter.

Primo si sensus accipiatur nominaliter vt sit sensus q̄ angelus dixerit duo verba.

Primus salutationis ⁊ laudis ibi. ave gratia plena dominus tecum ⁊cc.

Secundus anunciationis ⁊ prolis ibi. Ecce concipias ⁊ pa. fi. ⁊cc. ⁊ sic beata virgo ad laudem non intendens. sed ad devotionem affectum dirigens. di. fiat mihi secundum vir. t.

Secundo si sensus accipiatur vt est propositio vt intelligatur secundum verbum tuum. i. eo modo quo verbum tuum exprimit. ⁊ iste sensus est magis communis.

Et isto modo sapiens ecclesiastici. 13⁰. capitu. Deus creauit hominem secundum se. i. modo sui vestigii illum virtute. Sed notanduz antequam beata virgo proferat

verbum cōsensus. quia dicit sanctus Bernardus sup missus est omelia iiij. Audisti virgo quia concipies & paries filiū. Audisti q non per hominem. sed per spiritum. Exportat angelus responsum. tempus est enim ut recuperatur ad deum qui misit illā expectamus & nos. O domina verbuz miserationis. nos miserabiliter premit sententia damnationis. Et infra. hoc totus mundus tuis genibus prouolutus expectat nec immerito. quoniam ex ore tuo pendet cōsolatio miserorum. Redemptio captiuorum. liberatio damnatorum. Salus denique vniuersorum filiorum ade. tu festinanter ergo responde verbum & suscipe filium da fidem & senti virtutem. Quidam expositor dicit in persona angeli. Ecce virgo tu cognouisti modum prebe assensum cur differs consentire que facta es speculū deo angelis prophetis et patriarchis & sanctis hominibus. Filius dei. d. O virgo maria benedicta in me consenti. Et ecce iam venio in te. quia te & mundum intendo saluare per te. Angeli dicunt. Nolimorari maria prebe assensum. quia orietur ex te qui fecit te. Ipse enim nos restaurabit & reformabit. Ne ergo nostra curia suorum ciuium numerositate frustretur dicito q dictura es vt ipsum parias qui hoc implere debet. Eua. d. O filia beatissima immo mater reuerendissima saluationez da quibus damnationem reperi. Nec omnia ex tuo solo pendent assensu. Noli ergo plus morari. sed assenti. Adam. dt. O beatissima virgo in te tota natura sperat humana vt de formatam reformes de stitutam restaures vt prostratam per meam superbiam releues per tuam humilitatez & pro mea in obia tua obediētia compensetur. quibus respondet bea. vir. d. Ecce ancilla domini fi. mi. s. v. t. vbi Bernar. sup missus est. Plus placuit deo marie humilitas q eius virginitas. qua duxit cum de celo & venire facit in vterum virginis.

Dico de se. d. Luc. p°. capitu. Quia respexit humilitatem ancille sue. &c. Et notandū q in ista Respōsione bea. vir. Ecce ancilla &c. fuerunt. 4. opposita trāsgressiōi seue.

Pria transgressio fuit in obediētia. qz comedit fructū ligni vetiti. & in maria fuit obedientia prompta ibi ecce.

Secunda transgressio fuit supbia. Dns signum signum superbie fuit appetere veritatez. dixerat enim serpens. eritis sicut dij. & i maria fuit hūilitas. pfunda. ibi. ancilla.

Tertia transgressio fuit seruitus mala. Jo. vi. ca. Qui facit peccatū seruus ē peti. & in maria fuit libertas bona dominī.

Quarta transgressio promissio falsa. qz d. serpens non morietmini. & in maria fuit promissio vera. Eum. d. ei. angelus. ecce concipies & paries &c. Et fuit implctuz cū maria. d. fiat mihi secundum verbum tuū. Augustinus. 13. de trinitate. In rebus per tempora ortis illa summa gratia est qua i vnitate nature homo coniunctus est deo. Et notandum q istud verbum. bea. virg. quadrupliciter potest considerari.

¶ Primo vt fuit ore prolatum.
¶ Scdo vt fuit interiori sensu imaginatū.
¶ Tertio vt fuit in intellectu formatum.
¶ Quarto vt fuit in voluntate affectatus & volitum. Et sicut ymaginatio est melior pplatione. & intellectus est melior ymaginatione. Ita affectus est melior cognitione Ita & consensus beata vir. residens in voluntate fuit preciosior & salubrior ceteris actibus precedentibus ipsum.

Sed primo queritur si iste consensus b. vir. fuit causa illius ineffabilis incarnationis. Et dicitur q sic. Sicut meritum dicitur causa premij. Aut sicut sacramenta dicuntur esse causa gratie suo modo. quia ad effectum illius consensus deus ordinauit

tertius
misteri

n
in
lus bo
Notandu
norum & m
quatuor theol
Prima q a
tu se habet per mo
modo se transfert in
Secunda corin. xj. cap
thanas transfigurat se in a
Exemplum patet triplici. &c
dicitur q spiritus qui missus est a
dum achab. processit per modum blan
ti mentiens prosperitatem in ore omniu
prophetarum eius.

Vedons iij° lib de[illegible]

eclipsis solis e quomens lunæ ut
linea qua sol ostenat Venus erga
obscurat nam defrec nob sol
opponit

e l chpsi del sole si quando la luna ne passa per
sotto medesmo linea laquale corre sole e pone
sotto il sole pare de oscuro pesode luna se ster
con luso del sole et noi

Et chpsi de la luna e quando essa decima gra
se [illegible] con la umbra de la tera intra la luna e
sole quani dolsi se fano ofte eclipsi tum sol
sumpsano el nuj nasad demenj de avenere

ptholomeus t cenitogo

Sol et luna sunt dominj altoz planetaz et op sun
cause tutig oggs et gubernatoris stellaz ideo eclipses
accidēt grandio sumsicar

Messala vij° de testimoñ varietat

Scito q in eclipsi solis aut lune nō potest fieri q
aliquod magnū accidens sumsicare
na sumens ieēs sumenisca ber interim regu
et diuin et potensen et scientie terre sterelitaten
ago famem

virgilig t serenus primo libr.
Sol tibi signa dabit: sol eum as diuse fallum
audear Me: 4
Et sepe motus fraudē

260 verso

Vedorg iij° lib eclipsium

eclipsis solis & quotiens luna ad eadem
linea — qua sol scilicet & venus eius — obiicitur solam
obscurat nam de stella nob — sol stella & alijs orbis lun
opponit

& eclipsis & del sole se, quando luna in decimo gra
eadem medesmo linea p la quale corre — sole ponet
sotto il sole pare de oscuro pezzo — luna se ster
non stupo il sole et noj

Et eclipsi de luna & quando essa decima gra
se trova con la ombra de la terra intra la luna el
sole quanti volti se fano eclipsi tanti volti
succedono il anno ma ad vedenj de amendue

ptholomeus & cemilogo

Sol et Cuno sicut dominus alios & planetas & eo q sun
causa tocij effectus et enbor naturas stellarum & ideo eclipses
accidere grandiores

Messala iij de centoriū naturis

Scito q in eclipsi solis aut lune nō potest fieri &
aliquod magnū accidens sicut scire
nā sicut mens dei scilicet sic enim scibet interius regnū
et diuinū et potestatem et scientiā terre et firmitatem
aqe famem

virgilius & serpens primo libro
Sol tibi signa dabit: solem q; sequere falsum
aut lear Me: 7
Et sepe motus secundū 7

260

† Ihesus Maria

res liter ſumi a theſtranis

Vn littera ē nigra et ſignificat peccatores
2a autem rubea ē ſignificans ſanguinem xpi
3a autem candida ē ſignificans gloriam

primo dicitur quod deus fiat lux et facta
ē lux. hāc lucem dicit magr hiſtoriarum ſcripſiſſe
fuiſſe quando nubecule lucidiſſime que erant
officia ſolis uſque ad quartū diē quando creatus ē ſol
ſed alij ſubtilius dicūt hāc lucem lucē fuiſſe ſolē
creatū: tunc ſi forma ſua ſubſtancialis et materialis
ſed in quarto die addita fuiſſe ej quando ſplendor
accidentalis cuius reſpectu dicitur factus cū ſuis
ſtellis
Rigaldus adhuc profundius dicit naturā angelicā tūc
formatā: ſ. lucē gratie confirmate et cōfirmata in
gloriā ac deus conuerſam et ſeparatā a tenebris
malorū et peccatorū

Quocirca nō accipiat lux: ē primo in ordine dicit
ſ. lucē gratie ē primū donū q communicat deus
creature rationali ut habeat eū poſſidere ut habet ille
romanus doctor ē primū patrum eſt

Et sic romanus doctor hoc
res liter sum ad hoc sanctus

Pu littera ē nigra et est recordatio peccatoz
2a vtera ē rubea et est recordatio sanguinis xpi
3a littera ē candida et est desiderium celestium gaudiorum

primo dicit quod deus fiat lux et facta
est lux: hāc lucē dicit magister historiarum sc̄tus
fuisse quando nubecule lucidissime que existerent
officia solis usq; ad quartū diē quando creatū ē sol
sed alij subtilius dicūt hāc lucē lucē fuisse solē
creatū: tunc fuisse forma sua substancialis et materia
sed fuquarto die addita fuisse ei quando ppietas
accidentalis cuius respectu dicitur factus ei firmamentū
stellis
Ruensing adhuc profidig dicit naturā angelicā tūc
formatā: s. lucē gratie consummate et confirmate in
gloria ad deum conuersā et separatā a tenebris
malorū et decidentibus

Quocirca nō accipiat lux: ē prima si est ordinis dicit
s. lux gratie ē primū donū q̄ communicat deus
creature rationali ut valeat eū possidere u habet ille
romanus doctor ē unum paruus est

+

Ysidorus romanor[um] doctor hoc
vos licet [illegible] sensu a christianis

Pri littera ē magna et est recordatio peccatorū
2ª vtera ē rubea et est recordatio sanguinis xpi
3ª littera ē candida et est desiderium celestium gaudiorum

primo diexit omnipotens deus fiat lux et facta
ē lux. hāc lucē dicit magister historiarius scholasticus
fuisse quandā nubeculā lucidissimā que erat ante
officia solis usq ad quartū diē quando creatus ē sol
sed alij subtilius dicūt hāc lucē lucē fuisse solē
creatū: tunc in forma sua substantialē et materialē
sed in quarto die addita fuisse ei quandā spiritualē
accidentalē cuius respectu dicitur factus esse inter
stellas
Rursus adhuc prosidig dicit naturā angelicā tūc
formatā .s. lucē gratiē confirmatē et confirmatā in
gratiā ad deum conuersā et separatā a tenebris
malorū q decidentium

Quocūq; modo accipiatur lux: ē primo in ordine dicit
si lux erant ē primū donū gr communicat deus
creaturē rationali ut valeat eū possidere u habere Ille
romanus doctor egregius paulus ē